

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
CESSIONE
BONORUM,

Quam
DIVINI NUMINIS ADSPI-
RANTE GRATIA

Ex permissu & autoritate Amplissimi in illustri
Academia GRYPHICA Jurisconsultorum Ordinis
SUB PRÆSIDIO

AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI
ET EXCELLENTISSIMI

DN. JOACHIMI VOLSCHOVII

J. U. D. Professoris Ordinarii, Consistorii Ecclesiastici in citeriori
Pomeraniâ Directoris, Facultatis Juridicæ Senioris, & p. t.
DECANI Spectatissimi, Fautoris & Amici mei
plurimum honorandi.

**PRO CONSEQVENDIS SUMMIS
IN JURE HONORIBUS**

Publicæ & Ordinariæ Disquisitioni
proponit

CASPARUS BUNSOB Gryphis- [Bunsow]

waldensis Pomeranus, Judici Regii Provincialis in Australi

DITHMARSIA p. t. Advocatus Ordinarius.

HORIS ET LOCO CONSUVETIS.

Ad diem 29. Augusti Anno 1650.



GRYPHISWALDIÆ

Typis Jacobi Jegeri Acad. Typogr. exscripta.

DE
GILBERT

BONONIENSIS

OPUS

IN

ARITHMETICA

PRO

IN

ARITHMETICA

IN

ARITHMETICA

IN

ARITHMETICA

IN

102



D E
CESSIONE BONORUM

T H E S I S I.



CESSio bonorum (a) est actus (b)
quo debitor (c) calamitosus (d)
qui solvendo non est (e) omnia
sua bona creditorib⁹ dimittit (f)
ut carcerem (g) aliasq; molestias

evitet. (b)

(a) Vocabulum cessionis in jure variis sumitur modis. 1. Pro solenni modo res suas alienandi. *Cujac. lib. 22. obs. 27.* 2. Pro juri- um quasi traditione. *§. finitur. 3. Instit. de usufruct. l. quod nostrum. 63. ff. de usufr. & quemadm. quis utat. fruatur. l. si usufructus. 66. ff. de jur. dot. l. si cui. 9. pr. ff. de Servit. l. item sic. 3. §. qui habet. 3. l. per fundum. 11. l. per quem. 14. ff. de Servit. præd. Rustic. l. receptum est fin. ff. comm. præd. tam urban. quam rustic.* 3. Pro actionum cessione. *l. patri pro filio. 27. §. si pecuniam. 1. ff. de Minor XXV. ann. l. in depositi. 12. ff. de Re jud.* 4. In jure hæ quoque phrases sunt u- sitatæ cedere diem obligationis. *tot. tit. ff. & Cod. quand. dies legat vel fideicomm. ced. l. cedere diem. 213. pr. ff. de Verb. signif.* Tem- pora cedere *l. annus autem. 6. ff. de Calumniat. l. ignorantia. 1. §. nam si quis. 1. ff. de Fur. & fact. ignor. l. in bonorum 10 ff. de bon. possess.* Possessione cedere. *l. non solum. 33. §. si mihi Titius. 3. ff. de usucap. & usurp.* Foro cedere *l. si hominem 7. §. quoties foro. 2. ff. deposit. l. si debitor. ult. ff. de Curat. bon. dand.* Peculio vel mercibus peculiaribus cedere. *l. illud quoque 7. §. qui tamen. 1. ff. de Tribut. Actiõn.* 5. Bonis cedere. *l. 1. & tot. ff. de cess. bon. tot. tit. C. Qui bon. ced. poss.* Et hoc sensu hoc loco & in tota ferè disputa- tione accipitur.

A 2

(b) Bicc.

(b) *Bicc. rer. quotidian. sect. 5. thes. 158. n. 1. Harpr. ad §. fin. n. 1. Inst. de Action. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. §. 2.*

(c) Debitor hoc loco nobis est, qui ex contractu vel quasi nobis obligatus est pro debito civili, sive sit debitor principalis, sive fidejussor. *l. si servum. 91. §. nunc videamus. 4. ff. de Verb. oblig.*

(d) Solus enim debitor, qui ex accidenti & casu fortuito ad inopiam redactus est, ad cessionis admittitur beneficium. *Vid. Thes. 3. lit. b.*

(e) Debitor enim, qui solvendo non est, cessionis saltem gaudet beneficio. *Althus. in diceolog. lib. 2. cap. 18. n. 1.* Nam si solvendo est, & plenarie habet unde satisfaciat, bonis cedere non potest. *Thom. Maul. de Cess. bon. tit. 2. n. 24. Vid. thes. 4. lit. s.*

(f) *Vide Thes. 6. lit. a.*

(g) *l. 1. C. Qui bon. ced. poss.* Cessio enim eum in finem beneficii loco introducta est, ut quis squalorem carceris evitet. *Casspar. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 1. quæst. 4. n. 21. & dec. 2. quæst. 1. n. 111. & 116. Vid. thes. 11. lit. d.*

(h) *De quib. thes. 17.*

THESIS II.

Causa efficiens propinqua est voluntas debitoris (a) Remota est Lex Julia. (b)

(a) *l. in omni. 6. C. Qui bon. ced. poss.* ex duobus malis, tum, cum id jure licet, minus elegantis, *arg. c. duo malo. 1. Distinct. xiiii. l. quoties. 200. ff. de Reg. Jur. potiusq; volentis bonis cedere, quam gravius quid pati. Mejer. in coll. Argentor. lib. 42. tit. 3. §. 13. n. 3. v. 2. Wesenb. in Comm. ff. de Cess. bon. n. 3.*

(b) Lege enim Julia, à Julio Cæsare, vel, ut alii volunt, ejus successore Augusto lata. *l. Legis Julis. 4. C. Qui bon. ced. poss. Harpr. ad §. fin. n. 2. Inst. de Action. Hotomann. illustr. quæst. 24. Mejer. in coll. Argentor. d. lib. 42. tit. 3. thes. 3. Clar. Dav. Mev. in theat. cont. Credit. diasc. 1. art. 5.* Debitoribus cessionis indultum est beneficium.

THESIS III.

Potest autem bonis cedere quivis debitor
in vitis

invitis creditoribus (a) qui casu quodam fortu-
 ito sine sua culpa ad inopiam redactus (b) sive sit
 Paterfamilias (c) sive Filiusfamilias (d) sive Mas
 (e) sive Foemina (f) Major (g) vel Minor (h)
 Clericus (i) vel Laicus (k) Civitas (l) Collegi-
 um (m) Ecclesia (n) Universitas (o) etiam Ex-
 communicatus (p) Judæus (q) Hæres debito-
 ris, inventarium non conviciens (r) item debi-
 tor, qui nihil habet in censu (s) vel alio juris be-
 neficio munitus non opus habet (t) nisi expres-
 se prohibeatur. (u)

(a) *Auth. Hoc nisi C. de salut. & liberat. Novell. 4. cap. 3. princ. Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. thes. 7. n. 7. Mev. in Theatr. conc. Cred. diasc. 1. art. 31. & in comm. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 17.*

(b) *Bachov. ad Treutl. disputat. 24. thes. 4. lit. A. B. vol. 2. Harpr. ad S. fin. n. 25. Inst. de Action. & disp. Justinian. 21. thes. 17. part. 2. Clariss. Mev. in alleg. tract. Theatr. conc. cred. diasc. 1. art. 9. & in comm. ad Jus Lubec. libr. 1. tit. 3. art. 1. n. 7. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 6. n. 46. Maul. de Cess. bon. tit. 2. n. 2. Perez. in prælect. Cod. qui bon. ced. poss. n. 3. & 8. Zorer. Cons. unic. quæst. 1. n. 35. & quæst. 10. n. 678.*

(c) *l. cum & 7. C. qui bon. ced. poss. Bachov. ad Treutl. dict. disput. 24. thes. 4. lit. c. princ. Brun. de Cess. bon. quæst. princ. 4. n. 2. Christinae des. 123. n. 6. vol. 4. & ad Statut. Mechlin tit. ult. art. 7. n. 5. Hunn. part. 2. Encyclop. jur. univ. tit. 27. cap. 2. n. 1. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. thes. 3. Maul. de Cess. bon. tit. 3. n. 1. Perez. all. loc. n. 4. Sicharn. d. Vhevesin. von der bon. cess. und Danckeroth. cap. 3. princ. Vmm. in disput. ad process. direct. 23. thes. 5. n. 26. Wesenb. in parat. ff. de cess. bon. n. 3. in fin. & ibi Ludtweil. in nor.*

(d) *all. l. cum & 7. C. Qui bon. ced. poss. & Dd. fer. omn. lit. præced. citat. Zoës. in Comm. ff. qui bon. ced. poss. n. 4.*

A 3

(e) d. l.

(e) d. l. cum & 7. C. Qui bon. ced. poss. Christin. d. decis. 123. n. 6. vol. 4. & ad Statut. Mechlin tit. 21. art. 7. n. 5. Maul. cit. loc. n. 2. Mejer. dict. thes. 3. Sicharn. d. Vheves. all. loc. Treutl. 2. disput. 24. thes. 4. lit. Wesenb. præc. loc. n. 6.

(f) Præall. l. cum & 7. ibi utriusque sexus. C. Qui bon. ced. poss. cum all. Doctör.

(g) Clariss. Mev. in præcit. Theat. conc. cred. diasc. 1. art. 12. Vmm. in disp. ad process. direct. ult. th. 5. n. 26.

(h) Mev. in d. tract. Theatr. conc. cred. diasc. 1. art. 12. Vmm. d. disp. 23. th. 5. n. 26.

(i) Brun. d. Cess. bon. quæst. 8. quæst. 4. princ. n. 2. & quæst. 33. n. 3. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 6. n. 149. Perez. in prælect. Cod. Qui bon. ced. poss. n. 4.

(k) Maul. d. Cess. bon. tit. 3. n. 11. Menoch. de Arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 183. n. 29.

(l) Goden. Conf. 34. n. 40. & seqq. Helfr. Vlric. Hunn. in Encyclop. jur. Univ. part. 2. tit. 27. cap. 2. Clar. Mev. in all. theat. conc. credit. diasc. 1. art. 13. Schneidw. ad §. fin. Inst. de Action.

(m) Brun. de cess. bon. quæst. 2. quæst. 4. princ. n. 2. Helfr. Vlric. Hunn. part. 2. Encyclop. jur. Univ. tit. 27. cap. 2. n. 2. Mejer. in Colleg. Argent. libr. 42. tit. 3. thes. 3. Maul. de cess. bon. tit. 3. n. 11. Perez. in præl. Cod. qui bon. ced. poss. n. 4.

(n) Brun. d. q. 2. q. 4. princ. n. 4. Hunn. cit. loc. n. 3. Husan. de Propr. homin. cap. 8. quæst. 5. princ. n. 96. Mejer. Maul. cit. loc. Sicharn. d. Vheves. von der bon. cess. und Banckerott. cap. 3. Treutl. disp. Pandect. 24. thes. 4. lit. C. vol. 2. & ibi Bashov. Vmm. in disput. ad process. direct. ult. thes. 5. n. 26.

(o) Goden. conf. 34. n. 45. & seqq. Helfr. Vlric. Hunn. cit. loc. n. 2. Maul. Mejer. Sicharn. de Vheves. dict. loc. Perez. in præl. Cod. qui bon. ced. poss. n. 4. Zas. ad §. fin. n. 4. Inst. de Action.

(p) Clariss. Mev. in theat. concurs. credit. diasc. 1. art. 27.

(q) Helfr. Vlric. Hunn. part. 2. Encyclop. Jur. univers. tit. 27. cap. 2. n. 4. Mev. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 28.

(r) Ludtweil in not. ad Wesenb. parat. ff. de cess. bon. n. 3. ibi. ab omni debitore Maul. de cess. bon. tit. 3. n. 12. Clariss. Mev. in theat. conc. credit. diasc. 1. art. 23. Treutl. disp. 24. th. 4. lit. C. vol. 2. & ibi Bach. & Hunn.

(s) l. cum

(s) l. cum §. 7. C. qui bon. ced. poss. & ib. Bald. gloss. Paul. Ca-
strenf & alii.

(t) Quales sunt regulariter hi qui incarcerari nequeunt.
Brunn. de Cess. bon. quest. princ. 4. quest. 33. n. 3. Helfr. Vlr. Hunn.
part. 2. Encyclop. Jur. univ. tit. 27. cap. 2. n. 27. Mejer. in colleg. Ar-
gent. lib. 42. tit. 3. th. 4. n. 3. nec ultra id quod facere possunt tenen-
tur. Bach. ad Trentl. disp. 24. thes. 4. lit. d. vol. 2. Perez. in prælect. Cod.
Qui bon. ced. poss. n. 5. Helfr. Vlr. Hunn. cit. loc. cap. 2. in fin. Vmm.
in disp. ad process. direct. ult. thes. 5. n. 26. & alii. quos primis quasi
digni condylis pro instituti ratione hic attigisse sufficit, cum singula-
rem requirant tractationem.

(u) Gregor. Bicc. rer. quotid. Sect. 5. thes. 158. lit. qq. Helfr.
Vlr. Hunn. cit. loc. tit. 27. cap. 2. n. 1. Mynsing. ad §. fin. n. 2. Inst.
de Action.

THESIS IV.

Bonis autem cedere prohibentur invitis Cre-
ditoribus (a) Argentariæ mensæ everfor (b) A-
lienator bonorum in fraudem creditorum (c)
Bancæruptor (d) Bannitus (e) cessionis spe con-
trahens (f) collectarum debitor (g) commo-
datarius (h) Conductor (i) Creditores ad exi-
gendum subornans (k) culposus debitor (l)
Debitor dolosus (m) Decoctor (n) Delicti re-
us & ex eo obligatus (o) eoq; satisficere jussus
(p) Depositarius (q) Deportatus (r) dilationem
qui habuit (s) Dives (t) Emphiteuta (u) Falli-
tus (x) Fiscus debitor (y) Fraudator (z) Injuria-
rum ratione alteri damnatus (Aa) Mendax de-
bitumq; negans (Bb) Munera publica suscipere
detrectans (Cc) obligatus ad factum (Dd) &
ad

ad rem (Ee) officialis publicus in debitis officii
(Ff) Occultans bona creditoribus (Gg) Per-
sonale onus declinans (Hh) Prodigus (Ii) Pro-
scriptus (Kk) sciens se non esse solvendo si con-
trahat (Ll) servus (Mm) spolians (Nn) vendi-
tionem bonorum suorum dolose procurans (Oo)
Vasallus. (Pp)

(a) Volentibus enim & consentientibus creditoribus, etiam
hi, qui alias cedere prohibentur, nonnunquam cedere possunt. *arg.*
c. scienti & consentienti. 27. de Reg. Jur. in 6. l. nemo. 145. ff. de Reg.
Jur. cum quilibet favori pro se introducto possit renunciare. l. si quis
29. C. de pact. l. si iudex. 41. ff. de Minor. xxv. ann. C. statuimus
xxiii. Ext. d. Regular.

(b) *Althus. lib. 2. dicæolog. cap. 18. n. 21. Boër. decis. 215. n. 16.*
Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 2. quæst. 6. n. 41. Petr. Gregor. Tho-
lofan. lib. 22. Syntagm. jur. univ. c. 18. n. 11. Idq; propter dolum eo-
rum, quibus omnibus modis succurrendum, ne malitia illis sit lu-
crofa. l. 1. ff. de dol. mal.

(c) *Althus. cit. loc. n. 18. Brun. de Cess. bon. quæst. 28. quæst. 4.*
Princip. Christinae. ad Statut. Mechlin. tit. 21. artic. 7. n. 6. Dom. de
Rot. decis. 22. n. 4. de Restit. spoliat. in Antiq. Hefr. Vlric. Hunn. part.
2. Enceclop. tit. 27. cap. 2. n. 16. Gomez. tom. 2. Variar. resolut. tit.
de solut. resol. 27. n. 2. Maul. de cess. bon. tit. 2. n. 8. Natta Conf. 361.
n. 2 vol. 2. Perez in prælect. Cod. qui bon. ced. poss. n. 6. Roland. de
Commiss. & Commiss. libr. 9. cap. ult. n. 11. Stamm. de servit. person.
lib. 1. cap. 4. tit. 4. n. 26. Vmm. in disput. ad process. direct. 23. thes. 5.
n. 26. Si ab accipiente per actionem Paulianam res alienata recipi
non possit. l. fin. §. fin. vero ibi si nulla restitutione. ff. quæ in fraud.
Credit. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 1. quæst. 9. n. 37. aut rece-
ptio sit difficilis, re in hominem potentem & rixosum alienata. Me-
jer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 5. n. 6.

(d) *Policey Ordn. de Anno 1577. tit. 23. von verdorbenen*
Kauffleuten & Policey Ordn. de Anno 1548. eod. tit. Bicc. Rer.
quotidian.

quotidian. Sect. 5. thes. 158. Christin. decis. 123. n. 5. vol. 4. Marant. in Specul. Aur. part. 4. cap. 9. n. 130. Mev. in theat. conc. cred. diasce. 1. art. 18. & in comm. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 8.

(e) Bannitus quamdiu in banno est, cessionis beneficio minime gaudet. Althus. d. lib. 2. Diceolog. cap. 18. n. 25. Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 2. quaest. 8. n. 66. Mejer. in Colleg. Argent. libr. 42. tit. 3. th. 5. n. 5. Mev. in theat. conc. cred. diasceps. 1. art. 26. Vmm. in dict. disp. ad process. direct. 23. thes. 5. n. 26. Si vero ad bona & patriam fuerit restitutus, ad cessionis beneficium erit admittendus. Brun. de Cess. bon. quaest. 15. quaest. 4. princ. Manz. Mejer. Mev. & Vmm. cit. loc.

(f) Althus. d. lib. 2. Diceol. cap. 18. n. 19. Brun. de Cess. bon. quaest. 30. quaest. 4. princ. n. 1. Harpr. ad §. fin. n. 18. Instit. de Action. Ludtwell. in not. ad Wesenb. parat. ff. de Cess. bon. n. 3. vers. ab omni debitore. Mev. in theat. conc. cred. diasce. 1. art. 20. & in comm. ad Jus Lubec. libr. 1. tit. 3. art. 1. n. 9. & in tract. de Arrest. cap. 8. n. 153. Perez. in praelect. Cod. Qui bon. ced. poss. n. 6. Schneidvv. ad §. fin. Inst. de Action. n. 10. & 16. Zas. n. 5. si ea spe fretus securè fuerit negotiatus. Stamm. de Serv. person. lib. 1. cap. 4. tit. 4. n. 27. & si de ea voluntate liquido apparet. Perez. cit. loc.

(g) Debitor tributi & collectarum, quæ pro modo patrimonii per æs & libram imponi solent, si per contumaciam eas solvere differat, ad cessionem bonorum non admittitur. Brun. de cess. bon. quaest. 9. quaest. 4. princ. Christinae. ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 7. n. 6. Harpr. ad §. fin. n. 5. Mynsing. n. 14. Schneidvv. n. 7. Zas. vers. ult. in fin. Inst. de Action. Hunn. part. 2. Enceclop. jur. univ. tit. 27. cap. 2. n. 8. Ludtwell in not. ad Wesenb. parat. ff. de Cess. bon. n. 3. verb. ab omni debitore. Maul. de Cess. bon. tit. 2. n. 12. Perez. in praelect. Cod. Qui bon. ced. poss. n. 7. Secus si in summa egestate constitutus tributa solvere nequeat, tunc enim cessionis uti poterit beneficio. arg. l. si pater. 3. C. quibon. ced. poss. §. pen. Inst. de Societ. & ib. Joh. Faber. & ad §. fin. Inst. de Action. Bach. ad Treutl. disp. 24. thes. 4. lit. C. vol. 2. Covarr. 2. var. resol. cap. 1. n. 4. Brun. Ludtwell. Perez. cit. loc. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quaest. 8. num. 19. Mev. in Theat. conc. cred. diasce. 1. art. 25.

(b) Commodatarius rem commodatam tertio & quidem extraneo

B tranco



traneo cedere non potest. Quia commodans rem non facit ejus cui commodat. *l. nemo. 9. ff. commod.* sed possessionem & proprietatem retinet. *l. Rei. 8. ff. Eod.* & usum saltem ad certum tempus concedit. *§. 2. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.*

(i) Conductor rem conductam extraneo cedere non potest. *Christin. decis. 123. n. 4. vol. 4. & ad stat. Mechlin. sub rub. tit. 21. n. 6. Charond. lib. 3. Resp. 5.* Quia conductio nullum dominium transfert, sed dominium apud locatorem manet. *l. 80. §. fin. ff. de contrah. empt.* & merus & simplex conductor non possidet, sed dominus per eum tanquam per instrumentum. *l. 10. l. 30. §. 5. ff. de Acquir. vel amitt. possess. Maul. d. Locat. & conduct. tit. 5. n. 1. 2.*

(k) Debitor, qui unum aut alterum creditorem subornat, ut eum frequenter exigat, quo honestius cedere possit, ad cessionem minimè erit admittendus. *Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 2. quæst. 7. n. 40.* Quia in dolo esse censetur, qui nemini prodesse solet. *l. si cum pater. 17. C. ad Sct. Vellej.*

(l) Debitor, qui sola sua culpa non solvendo factus est, bonis cedere non potest. *Harpr. §. fin. n. 26. Inst. de Action. Hotom. Illustr. quæst. 24. p. m. 164. Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 2. quæst. 1. n. 161. q. 3. num. 15. 19. 20.* Quod & verum est, si partim sua culpa, & partim fortunæ vitio depauperatus fuerit, modò culpa potior sit egestatis causa. *Althus. in Dicoolog. lib. 2. cap. 18. n. 20. Bach. ad Treuth. disp. 24. th. 4. lit. 1. vol. 2. Gregor. Bicc. rer. quotidian. Sect. 5. th. 158. lit. Qq. Hering. de Fidejuss. cap. 5. n. 107. & seqq. Maul. de Cess. bon. tit. 2. n. 4. Mey. de Arrest. cap. 8. n. 158. Petr. Heig. illust. quæst. 35. n. 48. & seqq. Ruland. de Commiss. & Comm. lib. 9. cap. ult. num. 11.* Secus si fortuna adversa culpam exuberet. *Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 1. thes. 102. & tit. 3. thes. 6. Mey. in theatr. conc. cred. disc. 1. art. 9.*

(m) Debitor, qui in manifesto dolo est, nequit bonis cedere, arg. *l. si fraudatur. ult. §. fin. ff. Quæ in fraud. Credit. fact. sunt ut restit.* *Althus. all. loc. n. 24. Bachov. & Biccus all. loc. Brun. de Cess. bon. quæst. 24. quæst. 4. princ. n. 2. quæst. 28. n. 1. Carpz. part. 2. Jur. for. Rom. Sax. Const. 22. def. 1. n. 2. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 5. n. 97. & 117. dec. 2. q. 8. n. 44. Zorer. cons. unic. q. 10. n. 679.*
Æquum

1036.
Æquum enim non est dolum suum quenuquam relevare. l. sed hoc. 22.
§. ult. in fin. ff. de Re judic.

(m) Decoctor bonis cedere nequit. *Althus. lib. 2. dicæolog. cap. 18. n. 26. Bachov. d. disp. 24. th. 4. lit. a. b. circ. fin. Christin. dec. 123. n. 5. vol. 4. & ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 7. n. 5. Gregor. Biccus d. loc. Harpr. disp. ad Inst. Justin. 29. thes. 17. Husan. de Propr. homin. cap. 9. quæst. 6. pr. n. 25. Clariss. Matth. Stephan. ad Novell. 135. num. 6. & 7. Mey. in theat. conc. cred. diasce. 1. art. 18. & in Comm. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 8. & de Arrest. cap. 8. n. 158. Rittersh. ad §. fin. vers. sed & Inst. de Action. Sichan. de Vheves von der bon. cess. und Banckerott. cap. 3. n. 3. Zorer. all. loc. quæst. 10. n. 681. Ne ex proprio dolo vel delicto relevetur & præmium reportet. l. 63. §. 7. ff. pro soc.*

(o) Bonis cedere prohibetur, qui ex delicto obligatus est. *Althus. cit. loc. n. 14. Bachov. cit. loc. lit. d. Brun. de Cess. bon. quæst. 17. quæst. 4. princ. per tot. Christin. d. decis. 123. n. 4. & 19. vol. 4. Coler. decis. 135. n. 21. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 31. def. 1. n. 4. 5. & seqq. & def. 4. n. 1. Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 11. n. 52. Helfr. Vlr. Hunn. part. 2. Encyclop. jur. univ. tit. 27. cap. 2. n. 10. Kirchoff. part. 2. comm. opin. concl. 60 Maul. de Cess. bon. tit. 2. n. 10. Perez. in prælect. Cod. qui bon. ced. poss. n. 7. Stamm. de serv. person. lib. 1. tit. 4. cap. 4. n. 27. Wesenb. in Comm. ff. de Cess. bon. n. 3. & ibi Ludtweil. in not. Zas. ad §. fin. vers. ult. n. 5. & ibi Mynsing. n. 13. Harpr. n. 6. Schneidvv. n. 6. Inst. de Action. Quia cessio bonorum juris quoddam est beneficium. l. 4. l. pen. & ult. C. Qui bon. ced. poss. proinde delinquentibus tribui non debet.*

(p) Reus ad satisfactionem saltem in causa, in qua juratoria cautio non admittitur, damnatus, bonis cedere nequit. *Anth. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 31. def. 5. Clariss. Mey. in theatr. conc. credit diasce. 1. art. 24. Quia & ibi succedere solet exilium. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 47. n. 5. & ejusmodi præstandæ satisfactionis necessitas poenæ loco est. l. in omnibus. 41. ff. de Judic. Faber. cit. loc. n. 2.*

(q) Depositarius bonis cedere non potest. *Clariss. Mey. in theatr. conc. cred. diasceps. 1. art. 32. in fin.. Papon. lib. 10. rer. in Franc. judic. tit. 10. arrest. 13. in addit. Depositarius enim de ea re, quam accepit restituenda tenetur. l. 1. §. 5. ff. de oblig. & action.*

B 2

(r) De-

(r) Deportatus cuius bona omnia fisco applicata sunt, bonis cedere non potest. *Althus. in Dicæolog. lib. 2. c. 18. n. 5. Brun. de Cess. bon. quæst. 31. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 8. n. 66. Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 3. Mynsing. ad §. fin. n. 16. Inst. de Action. Sicharn. de Vheves. von der bon. cess. und Wancferott. cap. 3. n. 10. Si verò postea fuerit restitutus & pristina bona recuperat, & à creditoribus convenitur, bonis cedere potest. l. 1. 4. 7. C. qui bon. ced. poss. Schneidvv. ad §. ult. 4. Inst. de Action.*

(s) Debitor, qui quinquennales vel alias impetravit inducias, bonis postea cedere non potest. *Afflict. dec. 378. Biccus. rer. quotid. Sect. 5. thes. 158. lit. Qq. Christin. dec. 123. n. 17. vol. 4. & ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 3. n. 8. Goden. Consil. 34. n. 40. Harpr. ad §. ult. n. 22. Mynsing. n. 21. Schneidev. n. 5. Inst. d. Action Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 2. n. 30. q. 8. n. 71. dec. 4. q. 9. n. 103. Sicharn. d. Vheves. cit. loc. Nam electa dilatione cessionis auxilio videtur renunciatum. Cujac. in fin. parat. C. Qui bon. ced. poss. Harpr. cit. loc. odio itaq; duplici creditores onerari non debent. gloss. ad l. ult. in fin. Cod. qui bon. ced. poss.*

(t) Dives & qui solvendo est, cessionis beneficio uti non potest. *arg. Novell. 135. cap. 1. Brun. d. Cess. bon. quæst. 16. quæst. 4. princ. per tot. Manz. in patroc. deb. dec. 2. quæst. 8. n. 33. Maul. d. Cess. bon. tit. 2. n. 24. Mejer. in Colleg. argent. lib. 42. tit. 3. thes. 4. Schneidvv. ad §. fin. n. 12. Inst. d. Action.*

(u) Emphiteuta bonis cedere prohibetur, si extraneo cedere velit, *Brun. d. Cess. bon. quæst. Princ. 3. n. 18. Christin. ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 7. n. 6. Manz. in d. patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 92. quæst. 6. n. 69. & 162. & quæst. 8. n. 69. Nisi emphiteusis à privato sciens obarato in emphiteusis data fuerit. Mejer. in coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 15. Ecclesiastica Emphiteusis omnino cedi nequit. Mejer. d. loc. th. 9. Myns. ad §. fin. n. 21. Inst. d. Action. Sicharn. d. Vheves. von der bon. cess. und Wancferott. cap. 4. §. Zum dritten.*

(x) Fallitis beneficium cessionis nunquam competit. *Althus. in dicæol. lib. 2. c. 17. n. 21. Boer. decis. 215. n. 6. & 7. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 9. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 3. q. 7. n. 3. Vmm. disput. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Quia cessio miserorum est subsidium, non autem dolosorum præsidium. Brun. d. quæst. 5. quæst. 4. princ. n. 3.*

(y) Fisci

(y) Fiscus debitor bonis cedere non potest. *Alth. d. loc. n. 17. Boër. decis. 149. n. 11. Christin. ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 8. & decis. 123. n. 13. vol. 4. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 31. def. 4. n. 1. 2. & def. 7. n. 1. Guid. Pap. dec. 211. n. 3. & seqq. Helfr. Vlr. Hunn. part. 2. Encyclop. jur. Univ. cap. 2. n. 9. Fas. ad §. fin. n. 7. & ib. Schneidvv. Inst. de Action. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 8. n. 14. Natra. resp. 361. n. 9. vol. 2. Petr. Peck. d. Jur. Sist. cap. 5. n. 16. Tholos. lib. 2. Syntagm. jur. univ. c. 10. n. 4. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Si de debito ratione criminis agatur; Si vero sit debitor ex contractu vel quasi, tunc communi cessionis beneficio frui potest. l. si quantitatem 2. C. Qui bon. ced. possunt. Brun. d. Cess. bon. quæst. 9. quæst. 4. princ. n. 5. Maul. d. Cess. bon. tit. 2. n. 12. Manz. d. patroc. deb. dec. 1. quæst. 4. n. 41. dec. 2. q. 8. n. 18. Mey. in theat. Concurs. credit. diasc. 1. art. 25. Treutl. disp. 24. thes. 4. lit. C. vol. 2.*

(z) Fraudatores bonis cedere non possunt: *Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 8. n. 37. & 41. Mey. d. Arrest. cap. 8. n. 158. Fraus enim nemini debet patrocinari. l. 22. in fin. ff. de Re. Judic.*

(Aa) Injuriarum ratione alteri condemnatus cessionis beneficio uti prohibetur. *Faber. ad §. ult. n. 5. Harpr. n. 6. Plat. n. 6. Schneidvv. n. 6. Zas. n. 5. Inst. d. Action. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 8. n. 9. Maul. d. Cess. bon. tit. 2. n. 10. Stamm. d. Serv. pers. lib. 1. tit. 4. cap. 4. n. 27.*

(Bb) Debitor qui ab initio debitum negavit & postea convictus & condemnatus est, cessionis non gaudet beneficio. *l. qui cedit. 8. ff. d. cession. bon. Althus. in dicæol. lib. 2. cap. 18. n. 20. Brun. d. cession. bon. quæst. 2. princ. n. 7. Covarr. 2. var. resol. cap. 1. n. 5. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 31. def. 2. n. 1. Fas. in §. fin. n. 6. Mynsing. n. 8. Schneidvv. n. 13. & 15. Inst. d. Action. Helfr. Vlr. Hunn. part. 2. Encyclop. jur. Univ. tit. 27. cap. 1. n. 6. & cap. 2. n. 20. Mey. in theat. conc. Cred. diasc. 1. art. 21. & in comm. ad jus. Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 10. & in tract. d. Arrest. cap. 8. n. 148. Maxime si sit dolosa, constans, specialis & cathégorica, negatio. Clariss. Mey. in d. Theat. conc. cred. diasc. 1. art. 21. Secus si ex justa ignorantia & animo titubante vel dubio neget. *Barr. in l. pen. ff. d. Cess. bon. Matth. d. Afflict. decis. Neapol. 379. n. 1. Hunn. d. loc. tit. 27. cap. 1. n. 8.**

(Cc) Is qui cedere bonis vult, ne publicis muneribus fungere

eur, minime admittitur. l. propter honorem §. C. Qui bon. ced. pos.
Bicc. rer. quotid Sect. 5. thes. 158. l. Qq. Christ. ad Statut. Mechlin.
tit. 21. art. 7. n. 6. Harpr. ad §. fin. n. 5. Myns. n. 14. Schneidvv. n. 7.
Zas. n. 6. Inst. d. Action. Maul. d. Cess. bon. tit. 2. n. 14. Mejer. in colleg.
Argent. lib. 42. tit. 3. th. 5. Perez. in prælect. Cod. Qui bon. ced. pos.
n. 7. Sicharn. d. Vheves. von der bon. cess. und Banckerott. cap. 3. n.
8. Sed nihilominus ad munera publica suscipienda cogi potest. arg.
l. hi qui §. C. d. Appell. l. si quis 9. & tot. tit. ff. d. Muner. & honor.
Munera enim publica in sollicitudine & vigilantia animi potius quam
in sumptibus consistunt. l. 1. §. 3. ff. d. Muner. & hon. Perez. d. loc.

(Dd) Qui ad factum aliquod obligatus est bonis cedere non
potest. Althus. lib. 2. dicæol. cap. 18. n. 16. Brun. d. cess. bon. quæst. 4.
quæst. 4. princ. Christ. ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 7. n. 6. Hunn.
part. 2. Encyclope Fur. Univ. cap. 2. n. 19. Maul. d. Cess. bon. tit. 2. n.
11. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 8. n. 14. Sicharn. d. Vheves.
d. loc. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. thes. 5. n. 26. Si faciendi po-
testatem habet & non facit, secus si facere nequit. Brun. d. loc. Manz.
d. l. n. 16. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 5. n. 3.

(Ee) Qui ad rem certam in specie obligatus est, restituendam
vel tradendam. Brun. d. Cess. bon. quæst. 12. quæst. 4. princ. Vmm. in
disp. ad process. direct. 23. thes. 5. n. 26. Frustra enim cedit cum res
debita existit. Brun. d. loc.

(Ff) Officialis ob pecunias fiscales quæ ad se tanquam officialem
nudæ custodiæ & asservationis causa pervenerunt, bonis cedere non
potest. Bald. in l. si quis Curialis. 12. in fin. C. d. Episc. & Cleric. Thom.
Maul. d. Cess. bon. tit. 2. n. 13.

(Gg) Debitor dolo occultans bona Creditoribus & manife-
stare recusans, bonis cedere prohibetur. Althus in dicæolog. lib. 2.
cap. 18. n. 17. Brun. d. Cess. bon. quæst. princ. 5. n. 23. Christin. decis.
123. n. 4. vol. 4. Harpr. ad §. fin. n. 5. Inst. d. Action. Manz. in patroc.
deb. calam. dec. 2. quæst. 8. n. 62. Maul. d. Cess. bon. tit. 2. n. 6. Mev.
in comm. ad Jus. Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 10. n. 36. Sicharn. d. Vheves.
von der bon. Cess. und Banckerott. cap. 3. n. 2. Stamm. d. Serv. per-
son. lib. 1. c. 4. tit. 4. n. 27. Treutl. 2. disp. 24. thes. 4. lit. R. & ib.
Bach.

(Hh) Is qui ad onus personale sustinendum obligatus est, bonis
cedere

cedere nequit. *Christ. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 7. n. 6. Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 2. quæst. 8. n. 25.* Personalia enim munerâ in sollicitudine animi & vigilantia potius, quam sumptibus consistunt. *l. 1. § 3. l. 10. ff. d. Muner. & honor Clariss. & Excell. Dn. Reinking. Serenisf. Reg. Maj. Dan. Cancell. Faut. ac Promot. meus plurim. hon. in tract. d. Reg. Secut. lib. 1. clas. 5. cap. 4. n. 134.*

(Ii) Prodigus bonis cedere non potest. *Althus. in Dicaolog. lib. 2. c. 18. n. 20. Perez. in præl. Cod. qui bon. ced. poss. n. 6. Tholos. lib. 22. Syntagm. jur Univ. cap. 9. n. 13.* Non enim sunt digni commiseratione, qui sua turpitudine sibi inopiam causarunt. *Perez. d. loc.*

(Kk) Proscriptus bonis cedere non potest. *Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 2. quæst. 8. n. 66. Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. thes. 3. Mynsing. ad §. fin. n. 16. Inst. d. Action. Sicharn. d. Vehves. von der bon. Cess. und Banckerott. cap. 3. n. 10.* quamdiu proscriptus nec per viam justitiæ restitutus fuerit. *Mejer. cit. loc.*

(Ll) Debitor qui tempore contractus sciebat se non esse solvendo & dolo malo creditorem ad contrahendum induxit, prætendendo se esse solvendo & habere idoneas facultates, cum jam pauper esset & inopia laboraret, cessionis beneficio non juvatur. *Althus. lib. 2. Dicaolog. cap. 18. n. 23. Brun. d. Cess. bon. quæst. 31. quæst. 4. princ. n. 2. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 7. n. 6. Helfr. Vlr. Hunn. part. 2. Encyclop. Jur. Univ. tit. 27. cap. 2. n. 22. Hus. d. Homin. propr. cap. 9. quæst. 6. princ. n. 28. Ludtweil in not. ad Vvesenb. parat. ff. d. Cess. bon. n. 3. vers. ab omni debitore. Stamm. d. Serv. pers. lib. 1. cap. 4. tit. 4. n. 21. & 27. Treutl. 2. disp. 24. thes. 4. lit. K. vol. 2. & ibi. Bachov.*

(Mm) Clariss. *Mev. in theat. conc. Credit. diasc. 1. art. 10. circ. fin. cum jure civili pro nullis habeantur. l. 22. ff. d. Reg. Jur. mortu. is comparentur. l. 56. in fin. ff. d. concit & demonst. & quadrupedibus. l. 2. §. 2. ff. ad l. Aquil.*

(Nn) Spoliator bonis cedere non potest. *Althus. lib. 2. dicaol. cap. 17. n. 30. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 8. n. 46. Perez. in prælect. C. qui bon. ced. poss. n. 6. Vmm. in disp. ad process. direct. ult. thes. 5. n. 26. Tholos. part. 3. Syntagm. jur Univ. cap. 9. n. 14.* Indignus enim est legis beneficio qui in legem commisit. *l. 1. C. ub. Sen. vel clariss.*

(Oo) Debia



(Oo) Debitor qui venditionem bonorum suorum dolose procurat bonis cedere nequit. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 5. n. 6. Procuratum enim nunquam relevat, Bart. in l. sive autem 9. §. si duobus. 4. ff. d. Public. & affectatum non solet esse molestum vel onerosum. l. 15. §. 15. ff. d. Excus.

(Pp) Vasallus bonis cedere non potest, tertio quodam vel extraneo. Brun. d. Cess. bon. q. princ. 3. n. 18. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 92. q. 6. n. 69. & 162. & q. 8. n. 69. Maul. d. Cess. bon. tit. 4. n. 1. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 9. n. 4. Perez. in præl. Cod. qui bonis ced. poss. n. 6. Ne forte invitus dominus alium quam quem voluerit, sibi acquirat vasallum. C. unic. 2. Feud. 12. d. Fratrib. d. Nov. ben. invest.

THESIS V.

Visis his qui bonis cedere possunt vel non nunc videbimus quibus cedi possit. Et quidem cedi possunt bona omnibus creditoribus. (a) etiam pauperibus (b) invitis (c) remissionem partis debiti, (d) & inducias vel dilationes offerentibus. (e)

(a) Biccus Rev. quotidian. Sect. 5. th. 158. lit. Qq. Covarr. 2. var. resol. cap. 1. n. 1. Mejer. in Coll. Arg. lib. 42. tit. 3. th. 7. n. 4. Mey. in theat. conc. cred. diafc. 1. art. 3. Salicet in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Quia lex sui natura est universalis & generalis. Novell. 84. c. 2. l. 1. & l. 4. ff. d. LL. l. humanum. 8. C. Eod.

(b) Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 7. n. 3. Mey. all. loc. art. 32. Si enim Creditor pauper, additionem ad operas non urget, Covarr. 2. var. resol. cap. 1. n. 1. & 5. Menoch. d. Arbitr. jud. quæst. cas. 183. n. 2. 3. Cessionis interpellatio creditori inopi nihil proficit. Mejer. & Mey. d. loc.

(c) Vid. thes. 3. lit. a.

(d) Mejer. all. loc. Mey. in theat. conc. cred. diafc. 1. art. 31. & in comment. ad Jus. Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 18. Cessionis enim beneficium fit ipso jure a lege absq; facto creditorum, imo contra eorum

eorum voluntatem. Brun. de Cess. bon. quæst. 21. princ. per tot. maximè. n. 2. in fin. vid. th. 3. lit. a.

(e) l. fin. ubi Dd. C. qui bon. ced. poss. Manz. in patroc. deb. cal. dec. 2. q. 4. n. 23. Mejer. d. thes. 7. n. 2. Mey. all. loc. Schneidw. ad S. fin. n. 4. Inst. de Action. Cum enim in debitoris voluntate utrumque & cessionis & induciarum sit beneficium alternative competens, ideoq; prima illi competit electio. l. quod in hered. 9. §. eligere. 1. ff. de Tribut. action.

THESIS VI.

Cedi autem debent à debitore res omnes (a) quæ ad cedentem spectant, (b) five sint mobiles (c) five immobiles (d) etiam jura & actiones (e) fructus dotales (f) emphiteuticæ (g) feudales (h) fructus ex rebus extra familiam alienari prohibitis provenientes (i). Sic & usufructus (k) commoditates ex usufructu perceptæ (l) jus percipiendi fructus futuros (m) item peculia (n) & similes res, quas quis habere vel possidere potest.

(a) Alth. in dicæol. libr. 2. cap. 18. n. 1. Biccus rer. quorid. Sect. 5. thes. 158. Christin decis. 123. n. 1. vol. 4. Harpr. ad S. fin. n. 2. & 3. Inst. de Action. Hunn. part. 2. Encyclop. jur. univ. tit. 27. cap. 3. n. 10. Maul. de Cess. bon. tit. 4. n. 1. Sicharn. de Vheves von der honor. cess. und Banckerott. cap. 4. Wesenb. in par. ff. de cess. bon. n. 4. & ibid. Sudtweil. Zorer. cons. unic. q. 10. n. 686.

(b) Clarissim. Mey. in theatr. conc. cred. diasc. 1. art. 33.

(c) Sicharn. d. c. 4. pr. Zorer. cit. loc.

(d) Sicharn. & Zoës. all. loc. modò sint tales quæ cedi possunt. Cedi itaque non potest feudum. Maul. de cess. bon. tit. 4. n. 1. Vid. thes. 4. in fin. nec Emphiteusis. vid. cand. thes. 5. tit. u. nec bona extra familiam alienari prohibita. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 1. n. 92. Maul. de Cess. bon. tit. 4. n. 1. Mynsin. ad S. fin. n. 21.

n. 21. Schneidw. n. 16. Inst. de Action. Schepliz. ad consuet. Brande-
burg. part. 4. tit. 2. §. 3. n. 1. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5.
n. 26. nec fundus dotalis inæstimatus. Sicharn. d. Vheves. von der bon.
cess. und Banckerott. cap. 4. §. bey diesem Capittel.

(e) Sicharn. de Vheves. & Zorer. all. l. Cum enim excuti & in
solutum dari possint. l. 15. §. 2. & 8. ff. de Re Judic. l. 5. C. de Execut.
rei jud. Creditoribus quoque rectè cedi poterunt. Manz. in patroc.
deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 56.

(f) Quia fructus dotales marito pro oneribus matrimonii de-
bentur. l. 75. in fin. ff. de Fur. dot. l. 20. C. Eod. l. 21. §. 1. ff. de donat.
int. vir. & uxor. eatenus, quatenus mariti sunt, creditoribus cedi
possunt.

(g) Maul. de cess. bon. tit. 4. n. 3. Mejer. in Colleg. Argent. lib.
42. tit. 3. th. 9. n. 4. Perez. in prælect. C. de Cess. bon. n. 16. cum in-
vito domino alienari nequeat. l. 3. C. de Fur. Emphit.

(h) Maul. cit. loc. Manz. in patroc. debit. calam. dec. 2. quæst. 1.
n. 92. Mejer. cit. loc. Schepliz. ad consuet. Brandenburg. part. 4. tit. 2.
§. 3. n. 10. & 11. Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. D. & ibid. Bachov. Zorer.
conf. unic. q. 10. n. 686. Perez cit. loc. Usufructuarius enim usum-
fructum quamdiu vixerit in alium transferre potest. l. arboribus. 17.
ff. de usufr. Wesenb. conf. 50. n. 6. ad 16.

(i) Maul. Perez. Treutl. & ib. Bachov. cit. loc. Sicharn. de Vhe-
ves. von der bon. cess. und Banckerott. cap. 4. §. Zum Andern. Vmm.
in disp. ad process. direct. disp. 23. th. 5. n. 26. Quæ enim plenè non
acquiruntur, saltem quoad commoditatem acquiruntur. l. necessaria.
§. 2. ff. de Peric. & comm. rei vend. Coler. de process. exec. part. 2.
cap. 3. n. 292.

(k) Usufructus cedi quidem potest, sed non nisi proprietario.
l. 66. ff. de Fur. dot. §. 3. & ib. Manz. n. 11. Mynsing. n. 7. Perez. Rit-
tersh. Schneidw. n. 8. Inst. de Vusufr. Harp. part. 1. disp. Justin. 16. th.
24. lit. D. Perez. in prælect. Cod. de Vsu & habit. n. 25. Treutl. 1. di-
sp. 16. th. 14. lit. e. & ib. Bach. Vmm. disp. ad process. direct. 23. th. 5.
n. 26. Wesenb. in par. ff. Quib. mod. usufr. amitt. n. 5. Zorer. conf.
unic. quæst. 10. n. 686. Extraneo cedi non potest. Præcit. Dd. all. loc.
Carpz. part. 2. Fur. for. Rom. Sax. const. 25. def. 16. n. 5. Sicharn. de
Vheves. von der bon. cess. und Banckerott. cap. 4. §. Zum Vierden.
Quia

Quia ususfructus solæ personæ cohæret. *l. si ususfructus. 4 ff. de No-*
var. Dd. supr. ad §. 3. Inst. de usufr. all. Perez. & Wesenbec. cit. loc.
 Personalia verò cedi non possunt. *l. ex plurib. 42. ff. de Admin. & pe-*
ric. tutor. Manz. ad. d. §. 3. n. 14. & Wesenb. n. 7. Inst. de Vsufr.

(l) *l. 66. ff. de Jur. dot. l. 12. & §. 4. & ib. Gorhofr. ff. de Vsu-*
fruct. & quemadm. Perez. Rittersb. ad §. 3. & ib. Manz. n. 13. Myn-
sing. n. 9. Schneidw. n. 8. Wesenb. n. 7. Inst. de Vsufr. Carpz. part. 1.
Jurisp. for. Rom. Sax. Const. 32. def. 21. n. 5. Maul. de Cess. bon. tit. 4.
n. 3. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 9. n. 4.

(m) Jus percipiendi fructus futuros ad vitam usque usufructua-
 rii rectè ceduntur. *l. si postulavit. 27. §. jubet lex. 11. ff. ad L. Jul. de*
Adult. l. necessario. 8. §. cum usumfructum. ult. ff. de Peric. & comm.
rei vend. Berlich. 2. conclus. Pract. 32. n. 12. Carpz. part. 2. Jur. for.
Rom. Sax. Const. 25. def. 16. n. 8. Donell. lib. 10. Comm. cap. 8. sub fin.
& c. 19. post. princ. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 9. n. 4.
 Persona enim usufructuarii extincta jus etiam ejus finitur. *Manz. ad*
d. §. 3. n. 13. & ib. Perez. Inst. de usufr.

(n) Peculium à filiofamilias debitoribus rectè ceditur sive sit
 adventitium. *l. 7. ibi quæ patribus acquiri vetitæ. C. qui bon. ced. poss.*
Bach. ad Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. d. Manz. in patroc. deb. calam.
dec. 2. qv. 1. n. 50. 51. & 56. Maul. de Cess. bon. tit. 4. n. 4. Mejer. in
Coll. Argent. libr. 42. tit. 3. th. 8. Perez. in præl. cod. tit. de Cess. bon.
n. 4. Sive profectitium. d. l. 7. ib. Quod Patre volente possident. C.
qui bon. ced. poss. Althus. in dicaolog. lib. 2. cap. 18. n. 7. Treutl. 2. di-
spur. 24. th. 4. lit. D. & ib. Bach. Mejer. Perez. d. l. Judtweil. in not.
ad Wesenb. parat. ff. de Cess. bon. n. 3. Vmm. in disp. ad process direct.
23. th. 5. n. 26. Castrense vel quasi castrense. Quæ filiorum familia-
rum propria sunt. pr. Inst. quib. non est permis. fac. Testam. l. 4. princ.
ff. de Castrens. pecul. & præcipua. l. 1. §. 15. ff. de Collat. plenoq; jure
ad eos spectant. Christ. dec. 75. n. 1. vol. 4.

THESIS VII.

Et quamvis Debirores omnia bona cedere
 teneantur, misericordiæ tamen & humanitatis
 ratione nonnulla quædam à creditoribus relin-

quuntur, ut Doctore & Studioſo libri (a) militi
arma (b) Clerico libri precationum, breviarum
&c. (c) opifici instrumenta artis (d) veſtes quo-
que (e) & nonnunquam etiam quotidiana ali-
menta. (f)

(a) Neceſſarii libri Doctore & Studioſo cedenti merito relin-
quuntur. Brun. de Ceſſ. bon. quæſt. princ. 3. n. 6. 7. Mejer. in Colleg.
Argent. lib. 42. tit. 3. th. 9. Clariſſ. Mey. in theat. conc. cred. diaſc. 1.
art. 35. Sicharn. de Vheveſ. von der bon. ceſſ. und Banckerott. c. 4. §.
Zum Sechſten. Cum Doctor ſine libris ea, quæ didicit, aliis com-
municare nequeat. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 134.
Nec Studioſus ſine iis ſtudia ſua pertexere & abſolvere poſſit. Coler.
cit. loc.

(b) Cum enim miles, qui pro ſecuritate communi occupatus
eſt. l. 2. C. d. offic. Præſ. Præt. Afric. l. ult. C. de Re milit. lib. 12. Nov.
116. Sine armis militare non poſſit. Coler. d. Proceſſ. exec. part. 3. c.
3. n. 134. nec prælia obire. Manz. in patroc. debit. calam. dec. 3. q. 4.
n. 52. & 53. arma iſtis non minus ut libri ſcholaribus relinquuntur.
Bald. in rubr. C. Qui bon. ced. poſſ. Becht. d. Securit. & ſalv. conduct.
thes. 239. in fin. Coler. & Manz. d. loc.

(c) Clerico cedenti relinqui debet liber precationum, brevia-
rium &c. cum ſine hiſ commode vivere nequeat. Manz. d. dec. 3.
q. 4. n. 4. Jacob. Schult. quæſt. 47. n. 32. & ne egens in opprobrium
ordinis Eccleſiaſtici mendicare cogatur. Coler. d. Part. 3. Proceſſ.
exec. cap. 3. n. 289. VVeſenb. cons. 50. n. 9. nec minuatur cultus divi-
nus, & officium precationis omittatur. c. ult. de Reſcript. in 6. C. Cy-
prianus. IV. cauſ. XXI. Quæſt. III. aut ſacra ministeria impediuntur.
arg. Novell. 123. cap. 6.

(d) Instrumenta artis nonnunquam debitori cedenti intuitu
miſerationis relinquuntur, quibus victum & amictum ſibi quærat.
Althuſ. in dicæolog. lib. 2. cap. 18. n. 8. Chriſt. ad Stat. Mechlin. tit. 21.
art. 2. n. 4. & art. 3. n. 3. ibiq; in addit. & deciſ. 123. n. 15. vol. 4. Co-
varr. 2. Var. reſol. cap. 1. n. 5. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3.
thes. 9. n. 2.

(e) Veſtes

(e) Vestes quidem debitori cedenti à creditoribus misericordiae ratione relinquere solent. *Brant. in parat. ff. de cess. bon. n. 3. Coler. de Process. exec. part. 1. cap. 6. n. 122. Mey. theat. conc. cred. dias. 1. art. 35. Perez. in præl. Cod. qui bon. ced. poss. n. 15. Zorer. conf. unic. quæst. 10. num. 690. & relinquuntur, quia nec damnatis ad mortem auferuntur. l. 6. ff. de bon. damnat. Viles tamen & abrafæ à debitore communiter saltem impetrantur. *Christ. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 2. n. 4. art. 3. n. 3. art. 7. n. fin. & decis. 123. n. 15. vol. 4. aut panniculares familiares & quotidianæ. Brun. de cess. bon. quæst. princ. 3. n. 9. Bachov. ad Treutl. disp. 24. th. 4. lit. d. vol. 2. Sudtweil. in not. ad Wesenb. parat. ff. de Cess. bon. n. 4. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 9. Scheplitz. ad consuet. Brandenburg. part. 4. tit. 2. §. 3. n. 3. quibus corpus tegat. Bach. d. l. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 6. d. loc. Præciosas tamen & superfluas vestes creditores relinquere non tenentur, sed cum aliis rebus illis conceduntur. *Mejer. all. loc. Petr. Jacob. in pract. libell. tit. 42. n. 14. Tholos. lib. 22. Syntagm. jur. univ. cap. 8. n. 4.***

(f) Sunt quidem non nulli qui volunt, quod creditores debitori cedenti ex juris necessitate alimenta ad sustentationem relinquere teneantur. *Treutl. 2. disp. 24. thes. 4. lit. D. vol. 2. Harpr. part. 2. disp. Justin. Instit. 21. thes. 18. Zorer. conc. Unic. quæst. 10. n. 690. Errant tamen, iisq; recte respondet. Bach. ad Treutl. all. Maul. d. Cess. bon. d. r. 4. n. 5. Mey. in theat. conc. cred. dias. 1. art. 36. quos vide.*

THESIS VIII.

Forma cessionis bonorum apud varias gentes fuit varia (a) & olim solennibus verbis facta fuit (b) Hodie sufficit sola voluntatis professio (c) nec inter est judicialiter (d) an extrajudicialiter (e) coram seu inter præsentibus (f) an inter absentes (g) per nuncium (h) vel epistolam (i) coram testibus (k) vel sine testibus (l) viva voce (m) vel in scriptis (n) vel per procuratorem fiat

C 3

(o) citra

(o) citra litis contestationem (p) & jussum Principis vel judicis. (q)

(a) *Mev. in theat. conc. cred. diase. 1. art. 37. in pr.* Amartifani linteanime & pectine accepto, terram capite percusserunt & sedentes, caput in terram, pectinarunt, dicentes. Cedo bonis. *Brun. de Cess. bon. quæst. princ. 6. n. 15. Sicharn. de Vheves. von der bon. cess. und Bancelerott cap. 5.* Arimini cedere volens, recognito debito coram judice & mediante juramento bonis omnibus indicatis ad interulam usque exutus, cum sono tubæ ante judicem ducitur ad lapidem magnificum prope palatium ibi ter nudis natibus desidet, ter repetita voce. cedo bonis. *Brun. cit. loc. quæst. 6. princ. n. 1.* *Mev. de loc.* Avione cedenti bonis omissis braccis in Peirono Curia Scinditur, lumbar & tum inquit: Cedo bonis. *Brun. & Mev. cit. loc.* & multi modi alii quos omnes hoc loco recensere nec temporis, nec instituti ratio concedit. Hi & alii ignominiosi cedendi modi variis in locis recepti, etsi parum laudabiles & ab omni humanitate remoti videantur. *Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 6. n. 88. Mejer. in Coll. Argent lib. 42. tit. 3. art. 11. Clariss. Mev. all. loc. art. 37. Mynsing. ad §. fin. n. 18. Inst. de Action. Vvesenb. in Comm. ff. de Cess. bon. n. 5. in fin.* Si scilicet debitores, præter omnem suam culpam, solis adversæ fortunæ casibus facultatibus lapsi, ejusmodi ignominioso cedendi modo uti tenerentur. *Dd. præcit.* cum illi contra bonos mores sint, res turpes & mali exempli *Brun. d. quæst. princ. 6. n. 5. Manz. d. dec. 2. q. 6. n. 9. Mev. d. art. 37.* imo duriores ipso carcere, cujus injurias Lex Julia tollere voluit, *l. 1. C. Qui bon. ced. poss.* In decoctoribus tamen fallitis & Bancruptoribus, quorum multi pecunias mutuo accipiunt satisq; bibunt & græcantur, & postea, cum a Creditoribus requiruntur, illis consentientibus bonis cedunt, ignominiosum cedendi modum non improbo, sed valde necessariam duco, ejusmodi cessionis pruritus statutis & consuetudine introducere. *Brun. d. loc. n. 6. Maul. de Cess. bon. tit. 5. n. 8. Mev. cit. loc.* Ut nimia decoctorum fraudi prodigalitati & profusioni, per quam plerumq; ad inopiam & cedendi necessitatem rediguntur, occurratur *Maul. all. loc.* debitorum malitia reprimatur & creditorum præjudicium avertatur. *Brun. d. loc. Mev. all. art. 37. in fin. & Manz. dec. 1. q. 9. n. 21. in fin.*

(b) Apud

(b) Apud veteres Romanos olim cessio bonorum certis & solennibus verbis fieri solita. Gothofr. ad l. 6. C. Qui bon. ced. poss. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 11. Mev. d. art. 37. princ. Perez. in prælect. Cod. Qui bon. ced. poss. n. 2. Zoës. in Comm. ff. de Cess. bon. n. 2. Hodiè omni solennium verborum scrupulositate explosa. l. 6. C. Qui bon. ced. poss. Quibuscunque verbis, quibus voluntas debitoris declaratur, fieri potest. Christin. dec. 123. n. 7. vol. 4. Mev. all. loc.

(c) Hodiè ad cessionem bonorum sola sufficit voluntatis professio. l. 6. C. Qui bon. ced. poss. Unde & cessio coram arbitratore fieri potest. Brun. de Cess. bon. quæst. pr. 2. quæst. 3. in fin. Vmm. in disput. ad Process. direct. 23. th. 5. n. 26.

(d) l. ult. ff. de Cess. bon. l. in omnib. 6. C. Qui bon. ced. poss.

(e) l. fin. ff. de Cess. bon.

(f) Azo. in Summ. Cod. qui ben. ced. poss. n. 4. Brun. de Cess. bon. quæst. princ. 6. n. 1. Coler. decis. 137. n. 14. Harpr. ad S. fin. n. 3. Inst. de Action. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 2. n. 88. & quæst. 6. n. 98. Maul. de Cess. bon. tit. 5. n. 1. Mev. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 38. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Wesenb. in Com. ff. de Cess. bon. n. 5.

(g) Dd. all. cit. loc.

(h) l. ult. ff. de Cess. bon. Dd. præcit. loc. & multi alii.

(i) l. fin. ff. de Cess. bon. cum alleg. Dd.

(k) Brun. de Cess. bon. quæst. princ. 6. n. 2. Clarifs. Mev. in all. theat. conc. cred. diasc. 1. art. 38.

(l) Clarifs. Mev. cit. loc. dummodo de ea fides aliter fieri possit.

(m) Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 2. n. 8. quæst. 6. n. 98. Mev. d. loc. Zorer. Consil. univ. quæst. 10. n. 692.

(n) Manz. & Clarifs. Mev. cit. loc.

(o) Mev. d. loc.

(p) Quia cessio bonorum est actus debitoris, qui μονοπλευρως & extra judicialiter citra solennitatem verborum sola professione & voluntatis declaratione fieri potest. l. ult. ff. de Cess. bon. l. 6. C. Qui bon. ced. poss. Vid. h. lit. e. in facienda bonorum cessione litis contestatio necessaria non est. Maul. de Cess. bon. tit. 5. n. 2. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. thes. 11. n. 4. Clarifs. Mev. in theat. conc.

conc.

conc. cred. diasc. 1. art. 38. Treutl. d. disp. 24. th. 4. lit. e. & ib. Bach. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Nam quæ extra iudicium fieri possunt, litis contestationem non desiderant, quia litis contestatio regulariter non nisi in iudicio fieri potest. *Maul. cit. loc.* Et quia super puncto admittendi debitoris ad cessionem bonorum, contradictio & causæ cognitio à creditoribus interponi solet, qui vel propter qualitatem personæ, vel debiti, aut alias causas cessionem denegandam putant. *Bachov. all. loc. Vmm. dict. loc.* ea contradictio à Dd. non ineptè contestatio litis appellari videtur. *Bachov. dict. loc.* unde sic litis contestationem in causa cessionis requiri dici potest. *Bachov. alleg. loc.*

(q) Jure Romano Principis vel Judicis decretum necesse non est. *Duaren. ad tit. de Cession. bon. cap. 2. in fin. Hering. de Fidejuss. cap. 5. n. 82. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 11. n. 4.* Cum hoc cessionis beneficium ipsa Lex Julia deferat debitori. *arg. l. 6. C. Arbit. tutel. & ib. Gothofr. l. unic. C. de Thesaur.* illudq; per solam voluntatis declarationem extrajudicialem fiat. *l. fin. ff. de Cess. bonor.* Si verò contingat, ut creditores cum debitore apud iudicem cessionis causa agant, dum ob aliquas causas cessionis beneficium denegandum putent, eaq; de causa ad iudicium provocent, & super lite à iudice decretum impetrent; Iudex tamen hisce casibus, decreto suo non efficit, ut cessio competat, sed illam competere vel non competere certoq; saltem modo peragendam, declarat. *Duaren. Mejer. & Mey. cit. loc.*

THESIS IX.

Voluntate cedendi declarata, formæ instar ad huc requiritur, Creditorum convocatio (a) debiti liquidatio (b) inventarii confectio. (c) cautionis præstatio (d) & quæ alias lex statutum vel consuetudo introduxit (e) nisi creditores remittant. (f)

(a) Etsi quidem omnes creditores ad videndum relaxari carcerem & audiendam declarationem debitoris cedere volentis, de jure communi citari non debeant. *Brun. de Cess. bon. quest. princ. 9. n. 1.*

n. 1. Cum invitis quoque creditoribus cessio institui. vid. thes. 3. lit. a. & relaxatio fieri possit. l. 1. C. Qui bon. ced. poss. Ex praxi tamen vulgata hodie omnes creditores sunt citandi. Brun. de Cess. bon. quæst. princ. 9. n. 2. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 6. Maul. de cess. bon. tit. 2. n. 23. & tit. 5. n. 9. Mev. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 41. præsertim illi, qui debitorem incarcerari fecerunt. Brun. d. l. Covarr. 2. Var. resol. cap. 1. n. 5. pr. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. thes. 5. n. 26. Et si tunc hi creditores in cessionem consentiunt, relaxatur carcer, debitor ad cessionem admittitur, cessioq; omnibus creditoribus præjudicat, & nocet. l. 4. §. 1. ff. de Cess. bon. Bart. Bald. ibid. Covarr. d. loc. Guid. Pap. decis. 224. Si verò creditores oblatam bonorum cessionem admittere recusant, debitor supplicationem Judici porrigere, causas ad cessionem impellentes exprimere, & cessionis permissionem petere potest, & si causæ allegatæ Judici satis sufficientes videntur, citationem etiam ex officio nonnunquam decernit. Mev. in comm. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 10. n. 12. & creditores, ad videndum, juxta præscripta legum, sine fraude cessionem fieri, ad certum diem convocat. Mejer. in Coll. Argent. libr. 42. tit. 3. thes. 11. n. 4. Mev. d. loc. & in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 41. Et si qui creditores ad emissam citationem compareant, & inter præsentis controversia exoritur, an debitor cessionis beneficio dignus vel ritè cessum sit? majoris partis creditorum votis locus tribuitur, cæterorum contradictione non obstante. l. 7. §. fin. l. 8. ff. de Pact. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Brun. de Cess. bon. quæst. princ. 22.

(b) Liquidatio debitorum cessionem bonorum præcedere debet. l. 8. ff. de Cess. bon. nec cedi potest, nisi de debito liqueat. Bach. ad Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. C. Brun. de Cess. bon. quæst. pr. 6. n. 2. Gothofr. ad d. l. 4. ff. de Cess. bon. lit. T. Covarr. 2. var. resol. cap. 1. n. 15. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 31. des. 2. n. 1. Maul. de Cess. bon. tit. 2. n. 25. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 5. n. 1. Mev. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 4. & in Comm. ad Jus Lubec. libr. 1. tit. 3. artic. 1. n. 21. Sicharn. de Vheves. von der bon. cess. und Banckerott. c. 2. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Zorer. cons. unic. qu. 1. n. 36. Nam cessio ante liquidationem debiti facta, maximum posset creditori afferre detrimentum & incommodum, ut qui testes, quos nunc habet, cum bonis cedit, postea fortassis habiturus non esset.

D arg.



arg. l. 40. ff. ad L. Aquil. Brun. de cess. bon. q. princ. 2. n. 4. Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 2. q. 8. n. 90. Maul. Mejer. cit. loc. Liquidari autem debitum dicitur 1. Vera debitoris judiciali confessione. l. 8. ff. de Cess. bon. Bach. ad Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. C. Brun. d. quæst. princ. 2. n. 2. Covarr. d. loc. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 1. q. 6. n. 15. dec. 2. quæst. 8. n. 52. & 90. Maul. de cess. bonor. tit. 2. num. 25. 2. Confessione debitoris extrajudiciali. Brun. d. q. pr. 2. n. 1. Manz. d. dec. 2. q. 8. n. 52. Maul. d. tit. 2. n. 25. Mey. d. art. 40. 3. Testibus. Gail. 2. obs. 44. n. 6. Manz. dict. dec. 1. q. 6. n. 5. 4. Chyrographo. Gail. d. loc. Manz. cit. loc. Maul. all. tit. 2. n. 25. in fin. 5. Instrumento publico. Gail. Manz. Maul. cit. loc. 6. Cautionis præstatione. Brun. all. loc. Mey. all. loc. 7. Sententia. l. 1. C. de cond. indeb. Bach. ad Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. C. Brun. d. quæst. princ. 2. n. 2. Manz. d. dec. 1. q. 6. n. 15. 16. Maul. & Mey. d. loc.

(c) Debitor bonis cedens creditoribus suis inventarium omnium suorum bonorum usque ad unum quadrantem seu obulum, exhibere tenetur. Brun. de cess. bon. q. princ. 5. n. 1. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 8. art. 2. n. 4. art. 3. n. 2. art. 4. in fin. Coler. dec. 134. n. 46. part. 1. & de process. exec. part. 2. cap. 2. num. 155. Goden. Cons. 134. n. 48. Hering. de Fidejuss. cap. 5. num. 81. & seqq. Heig. §. fin. n. 10. Inst. de Action. Helfr. Vlvic. Hunn. part. 2. Encyclop. Jur. Univ. tit. 27. cap. 1. n. 9. Ruland. de Commiss. & comm. part. 4. lib. 9. c. ult. n. 16. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Zorer. cons. unic. q. 10. n. 682. & 694. & quidem pro sinceritate confessionum de jure communi & moribus benè formatorum judiciorum juratum. Novell. 135. cap. 1. Brun. de Cess. bon. d. quæst. 5. n. 4. in fin. Christin. ad Stat. Mechlin. d. tit. 21. art. 3. n. 2. in fin. Heig. part. 1. illustr. quæst. 35. n. 66. Hering. Hunn. Vmm. Zorer. alleg. loc. Ad inventarii autem confectionem & bonorum descriptionem Creditores nonnunquam certos Commissarios à Judice petere solent. Mejer. in Colleg. Argent. hb. 42. tit. 3. th. 11. n. 2. Mey. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 43. n. 2. Et cum creditorum inter sit scripturas & libros datorum & acceptorum exigi. Mey. d. loc. & in comm. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 25. Solent nonnunquam creditores Judicem adire, ut publico proclamate omnes, qui res cedentis debitoris tenent, aut de iis notitiam habent, eas sub certa poena significare jubentur.

at. Mejer. d. loc. Zorer. d. quæst. 10. n. 695. & si fraudis & occultati-
onis contra Debitorem cedentem suspicio adest, ad indicanda quo-
que bona debitor incarcerari, Aret. ad §. fin. n. 2. & 8. & Jas. n. 8.
& seqq. Inst. de Action. Brun. d. q. pr. 5. n. 1. Zorer. d. loc. num. 693.
& torqueri potest. Brun. d. q. pr. 5. n. 2. Carez. in pract. crim. part. 3.
90. 119. n. 41. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 3. n. 2. Maul. de
Cess. bon. tit. 8. n. 12. Mey. d. theat. conc. cred. diasc. 1. art. 43. n. 4.
Quod tamen non nisi de decoctoribus & Mercatoribus fallitis acci-
piendum est. Carpz. Maul. cit. loc.

(d) Debitor bonis cedens antequam relaxetur, si creditores so-
lidum non consequuntur, idoneam cautionem de solvendo residuo,
si ad pignorem fortunam pervenerit, ex mente Dd. præstare tenetur.
c. Odoardus. III. Ext. de Solut. Althus. lib. 2. dicæol. cap. 18. num. 19.
Berl. 2. concl. Pract. 28. n. 50. Brun. de cess. bonor. quæst. princ. 7. n. 1.
Christin. ad Stat. Mechl. tit. 21. art. 2. n. 4. in fin. Harpr. ad §. ult.
Inst. de Action. n. 3. Helfr. Vlric. Hunn. part. 2. Enceclop. Fur. univ.
tit. 27. cap. 1. n. 12. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 2. n. 16. &
24. quæst. 7. n. 47. dec. 3. q. 1. n. 125. Maul. de Cess. bon. tit. 5. num. 5.
Mey. in comm. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 27. Ruland. de Com-
miss. part. 4. lib. 9. cap. ult. n. 19. Sicharn. de Vheves. von der bon. cess.
und Bancroott. cap. 2. in fin. Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. g. Vmm. in
disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Wesenb. in parat. de cess. bon. n. 15.
Zorer. conf. unic. q. 10. n. 684. Cautionis tamen ista præstatio ut debi-
tori nunquam imponitur, nisi à creditoribus petita & desiderata fue-
rit. Grass. de Except. cap. 32. n. 10. Ita quoque hæc cautionis præsta-
tio superflua magis quam necessaria videtur. Frustra enim credito-
res exigunt cautionem pignoratitiam vel fidejussoriam, cum debitor
nec pignora dare, qui omnibus bonis cessit, nec fidejussorem facile
reperire possit. Bach. ad Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. G.

(e) Nisi enim debitor ea in cessione bonorum observat, quæ
lex statutum aut consuetudo exigunt, perfecta cessio esse non potest.
Mey. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 45.

(f) Ea enim si pro utilitate privata creditorum à lege con-
suetudine vel statuto introducta sunt & recepta, omitti possunt. Ga-
briel. Comm. Concl. tit. de Clausul. concl. 3. tit. 24. Mantic. d. Tacit.



& ambig. convent. lib. 2. tit. 4. n. 44. & libr. 25. tit. 6. n. 41. & non
adhibita, cessioni bonorum vitium non affricant.

THESIS X.

Cessio bonorum quovis tempore (a) etiam
die feriato (b) & post tres conformes sententias
(c) institui potest. Instituta tamen citius finiri
debet. (d)

(a) Covarr. 2. var. resol. cap. 1. n. 5. statuit, quod Lege Regia
Hispaniarum debitor incarceratus, si per sex menses in carcere pu-
blico, & vinculis maneat, nec catenæ renunciât, eo ipso à jure cen-
seatur bonorum cessio facta, & quod debitor, cum ipso torque fer-
reo, creditori tradi debeat. Juxta Edicti Carol. V. Imper. 20. Octobr.
Anno 1541. dispositionem referente Christin. ad Stat. Mechlin. ad
rubr. tit. 21. n. 2. & ib. in addit. & decis. 123. n. 14. vol. 4. & decis. 168.
num. 23. vol. 5. In Belgia debitor bonis cedens diploma seu literas
Principis in judicio unâ cum inventario omnium bonorum offerre
illudq; juramento confirmare tenetur, De jure communi tempus
instituentæ cessionis bonorum nullum certum est præfixum, sed
quocumque tempore fieri potest. Vmm. in disput. ad process. direct. 23.
th. 5. n. 26.

(b) Brun. de cess. bon. quest. princ. 13. Vmm. d. loc.

(c) Brun. de cess. bon. q. princ. 2. in fin. Vmm. all. loc.

(d) Ne creditores suo argento nimis diu carere cogantur, &
debitor eo citius à molestiis liberentur.

THESIS XI.

Fines & effectus cessio bonorum habet va-
rios, alios à parte Debitorum (a) alios à parte
Creditorum (b). A parte Debitorum cessio bo-
norum arrestum relaxat (c) liberat à carcere (d)
à corporis cruciatu (e) à creditorum rigoroso-
rum molesta flagitatione (f) ac excommunica-
tione

tione (g) obftagio (h) verberum periculo (i) & venditionis metu (k) ab addictione ad operas (l) parit exceptionem (m) differt executionem (n) & actionem (o) societatem diffolvit (p) agendi facultate debitorem privat (q) arbitri iudicium annihilat (r) competentiae acquirit beneficium (s) obligationem verò non tollit (t), nec infamiam irrogat (u) aut cedentem honorum & dignitatum publicorum incapacem reddit (x) nec ad contrahendum inutilem (y) Patri quoque cedenti non aufert bonorum filii legitimam administrationem (z) nec usufructum (Aa) nec maritalem authoritatem legitimamq; curatelam (Bb) cedentis tamen debitoris hæredibus non prodest (Cc) nec fidejufforibus (Dd) nec correis debendi (Ee) fed folis debitoribus (Ff) adverfus omnes creditotes (Gg) univerfales (Hh) & fingulares (Ii) legitime citatos (Kk).

(a) De quibus hac thefi.

(b) De illis thefi feqq.

(c) Coler. de proceff. exec. part. 1. cap. 7. n. 17. Mey. in theat. conc. cred. diafc. 1. art. 47. & in tract. de Arrest. cap. 8. n. 148. & cap. 25. n. 32. Origo enim & caufa beneficii cessionis illuc collimat, ut, quæ ad meram debitoris afflictionem corporisq; moleftias tendunt, cessione omnium bonorum declinare liceat. l. 1. l. fin. C. qui bon. ced. poff. Novell. 135. pr. & cap. 1. Cothm. conf. 19. n. 1. vol. 1. modò nihil obftet, quo minus arrestatus ad cessionis admittatur beneficium. Mey. dict. tract. de Arrest. cap. 25. n. 32.

(d) Cessio bonorum liberat à carcere debitorem & incarceratum. Althuf. lib. 2. dicæolog. cap. 18. n. 1. & 10. Bach. ad Trentl. di-

spit. 24. th. 4. lit. a. vol. 2. Berlich. 2. concl. pract. 28. n. 24. & 26.
Christin. decis. 123. n. 1. 8. 9. vol. 4. & ad stat. Mechlin. rubr. tit. 31. art.
1. n. 14. Gudelin. d. Jur. Noviss. lib. 4. cap. 16. Maul. d. cess. bon. tit. 6.
n. 1. Perez. in prælect. Cod. qui bon. ced. poss. n. 9. Vmm. in diss. ad
process. direct. 23. th. 5. n. 26. Zoës. in Comm. ff. d. cess. bon. n. 9. Zo-
rer. cons. unic. q. 10. n. 681. & incarcerandum l. 1. C. qui bon. ced.
poss. Althus. Bachov. d. loc. Backius ad Evangel. domin. 22. Post. Trini-
rat. vers. cum autem non haberet. Gregor. Bicc. Rer. quotid. Sect. 5.
th. 158. lit. Qq. Hun. part. 2. Enceclop. Jur. univ. tit. 27. c. 1. n. 2. 6.
3. n. 1. Maul. d. loc. n. 2. Perez. all. loc. Sicharn d. Vheves von der bon.
cess. und Banckerott. cap. 6. pr. Stamm. d. servit. person. lib. 1. tit.
4. cap. 4. n. 13. Vmm. d. loc. Zoës. cit. loc.

(e) Apud Romanos olim in non solventes res alienum durissi-
ma pœna erat statuta, etiam ultimi supplicii, ita ut non tantum vince-
re, incarcerem nudum & omnibus bonis exutum conjicere, servituti
mancipare, sed solutionis loco in partes secare, & inter se corpus il-
lius partiri liceret. Cujae. ad Novell. 135. Manz. in patroc. deb. cal.
dec. 1. q. 5. n. 106. Stamm. d. Servit. pers. lib. 1. cap. 4. tit. 4. n. 3.
Hosce cruciatus & molestias hodie Lex. Julia de cedendis bonis pla-
ne sustulit. l. 1. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Bachov. ad Treurt. d. diss.
24. th. 4. lit. d. in fin. vol. 2. Harpr. diss. Inst. Justin. 21. th. 12. Mev.
in theat. conc. cred. dias. 1. art. 46. pr. & in tract. d. Arrest. cap. 8.
n. 151.

(f) Perez. in prælect. Cod. qui bon. ced. poss. n. 9. Sicharn. de Vhe-
ves. von der bon. cess. und Banckerott. cap. 5. §. 1. Vmm. in diss. ad
process. direct. 23. th. 5. n. 26. Zorer. cons. unic. quest. 10. n. 681.

(g) Cessio bonorum liberat ab usitata in terris pontificiis ex-
communicationis pœna. C. Odoardus III. & Ib. Abb. & Henric. Bois.
Ext. d. solut. Hostiens. in summ. l. 3. C. qui bon. ced. poss. Mejer. in
Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. §. 12. in fin. Mev. in theat. conc. cred.
dias. 1. art. 42.

(h) Etsi quidem nonnullis omnis de obstagiis disputatio super-
vacanea videatur. Carpz. part. 2. Jur. for. Rom. Sax. const. 22. def.
30. n. 1. & otiosa, Mejer. in Colleg. Argent. lib. 5. tit. 1. th. 227. imo
inutilis, Cothm. cons. 19. n. 5. vol. 1. Joh. Ott. Tabor. ad constit. pro-
gnic. Holsat. d. jur. obstag. cap. 1. th. 2. cum recentiore Imperatoria
san-

sanctione obstagia prorsus sint abrogata. *Pollicey Ordn. d. Ann. 1577.*
 §. Wie wol auch *ibi.* So wollen wir hiemit die Leistung : & damnata
Rittershus. lib. 3. diff. jur. civ. & Canon. cap. 3. Sed quia hæc obsta-
 giorum jura & consuetudo non tantum ante 300. annos in Saxonia
 & locis finitimis. *Besold. in Thesaur. pract. in verb. Leistung & tem-*
pore longo antiquiore usitata. LandR. lib. 2. art. 11. circ. fin. Sed &
 in Electoratu Brandenburgico. *Schepliz. part. 4. consuet. Brandeb. tit.*
3. §. 1. n. 10. Ducatu Megapolitano, vigore reversus Assurationis
 de Anno 1621. 23. Febr. §. Weil auch zum zwanzigsten. & Ducatu
 Holsatiæ juxta *Seren. Reg. Majest. Dan. & Principum Holsatiæ*
 Anno 1604. 1. Martii Haterslebiæ promulgatam, Anno 1630.
 1. Octoberis renovatam und der Revidirten Holsteinischen Land-Ge-
 richts Ordnung 1. Septembris Anno 1636. insertam constitutionem,
 & in aliis locis septentrionalibus generali isto Edicto Cæsario in der
 Pollicey-Ordnung de Anno 1577. §. Wie wol auch non obstante, in-
 ter nobiles & alios adhuc observantur, & instar repressaliorum ha-
 bentur *Gail. de Arrest. cap. 9. n. 15. Joh. Otto Tabor. ad d. const. Prov.*
Holsat. de jur. obstagii c. 4. th. 11. Non in convenienter hanc quæsti-
 onem hoc loco movemus, & firmiter statuimus, quod quidem ve-
 ritate & æquitate juris communis inspecta, debitor obstagiat, qui
 alias de jure cedere non prohibetur, cedendo bonis ab obstagio libe-
 retur, & obstagii sumptus & molestias effugere possit. *Gail. 2. obs.*
Pract. 45. n. 6. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 1. quæst. 7. n. 3. Mev.
in theat. cont. cred. diasco. 1. art. 47. & in tract. de Arrest. cap. 8. n.
152. Stamm. de servit. person. lib. 1. tit. 4. c. 4. n. 16. Joh. Otto Tabor.
d. loc. cap. 6. th. 8. In Holsatiæ autem judiciis, ubi hæc obstagia stri-
 ctissime servantur, negativam opinionem receptatissimam esse &
 probari, cuius in Holsatiæ judiciis viventi, ex variis judiciorum præ-
 judiciis, est notissimum.

(i) Cessio bonorum à corporis liberat periculo. *Hot. illustr.*
quæst. 24. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 12.

(k) Olim creditores debitorem non solvendo existentem cum
 uxore & liberis vendere potuerunt. *Althus. in dicæol. lib. 2. c. 18. n. 2.*
Beust. ad l. admonendi. 31. n. 345. ff. de jure jur. Covar. 2. var. resol.
cap. 1. n. 1. Gudelin. de Jur. noviss. libr. 4. cap. 16. Mev. ad Jus Lubec.
lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 1. Postquam autem Lege Julia cessio bonorum
 intro-



introducenda est, à venditionis metu liberi manserunt. *Christin. dec. 123. n. 1. vol. 4.*

(l) Apud Romanos olim ad reprimendam leviorum hominum in contrahendis passim debitis audaciam. *Mynsing. §. cum eo fine. n. 17. Christ. de Act. Debitor, qui creditori non solvebat, debitum confessum, aut iudicatum, vel id solvere non poterat, lege nexus creditori in servitutem addicebatur, ut operas daret in nervis donec solveret. Covarr. lib. 2. var. resol. cap. 1. n. 1. & 5. Hotom. illustr. quæst. 24. Menoch. de Arbit. jud. quæst. cas. 183. n. 2. & 3. Zang. de Except. part. 3. cap. 1. n. 42. Siverò bonis cedit, ab additione liber est. Manz. in patroc. deb. Calam. dec. 1. q. 9. n. 135. & dec. 2. q. 1. n. 26. q. 6. n. 145. nisi statutum vel pactum obstet.*

(m) Cessio bonorum parit debitoribus exceptionem donec tantum quæsiverint, unde creditoribus satisfiat. *§. Except. ult. Instit. de Repl. l. ex contractu. 3. C. d. bon. auth. jud. possid. Althus. diceol. lib. 2. cap. 18. n. 9. Christin. dec. 123. n. 9. vol. 4. & d. Arrest. cap. 8. n. 149. Mynsing. §. ult. n. 2. Inst. de Action.*

(n) Cessio bonorum executionem differt. *Carpz. part. 2. Jur. for. Rom. Sax. const. 32. def. 9. n. 3. Mev. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 61. Perez. in prælect. Cod. qui bon. ced. poss. n. 10. & 12. Zang. de Except. part. 3. cap. 28. n. 105.*

(o) Cessio bonorum etsi non tollat actionem. *Althus. diceol. lib. 2. cap. 18. n. 10. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 4. num. 3. nec ab actione liberet, eam tamen differt. Harpr. ad §. fin. n. 31. Instit. de Action. & part. 2. disp. Justin. Instit. 21. th. 16. lit. I. Mev. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 49. & in tract. de Arrest. cap. 8. n. 149. Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 13. n. 3. Perez. in præl. Cod. de bon. cess. n. 10. 12. Sicharn. de Vheves. von der bon. cess. und Banckerott. c. 6. §. Vor diesen. Zorer. conf. unic. quæst. 10. n. 685. donec debitor ad pignoriorem fortunam perveniat, tunc enim competit actio, donec creditor suum consequatur. l. 7. ff. de cess. bon.*

(p) *§. Item si quis. 8. de societ. l. actione. 65. §. item bonis. 1. ff. pro socio. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 4. Manz. d. §. item si quis. 8. Inst. de Societ. Mejer. in Colleg. Argent. libr. 42. tit. 3. th. 14. n. 2. Clar. Mev. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 57. Sicharn. de Vheves. von der bon. cess. und Banckerott. cap. 3. §. Zum Dritten.*

Dritten. Egestas enim perimit societatem. *l. societatem. 4. §. dissociamur. 1. ff. pro socio.*

(q) Debitor post cessionem cum suis debitoribus, qui ipsi ante cessionem debebant, amplius agere non potest. *l. 17. pr. ff. de Recept. qui arbitr. recep. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. thes. 14. n. 3. Sicharn. de Vehv. von der bon. cess. und Banckerott. c. 7. §. fürs ander. Sed ipsis creditoribus jus est conveniendi debitores sui debitoris. l. Imper. 4. ff. de Curat. bon. dand. Vid. thes. seqq.*

(r) Ad instantiam debitoris cedentis arbiter sententiam dicere, & compromissum, ante cessionem à debitore factum, prosequi nequit. *l. 17. pr. ff. de recept. qui arbitr. recep. Brun. de Cess. bon. quest. princ. 3. n. 19. Christin. ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 4. Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 14. n. 4. Mey. in theat. conc. cred. disc. 1. art. 5. Quia nec agere, nec conveniri potest. d. l. 17. pr. ff. de Recept. qui arbitr. recep. Gilhaus. arbor. jud. civ. cap. 1. part. 3. §. 2. n. 10.*

(s) Quia cessio bonorum nec naturalem nec civilem tollit obligationem, de qua, *liter. seqq.* Sed saltem differt actionem *Thes. hac lit. p.* & executionem. *thes. hac. lit. o.* debitor, si post cessionem bonorum locupletior factus fuerit vel ad pignorem fortunam pervenerit, denuo conveniri poterit. *l. is qui. 4. l. qui bonis 6. l. si debitoris. 7. ff. de Cess. bon. l. cum & 7. C. qui bon. ced. poss. l. ex contractu. 3. C. de Reb. Auth. jud. poss. §. fin. & ib. Schneidvv. & Mynsing. Inst. de Action. ultra id tamen quod facere potest non tenetur sed competentiae gaudet beneficio §. fin. Inst. de Action. d. l. 4. l. 6. & 7. ff. d. Cess. bon. Althus lib. 2. diceol. c. 18. n. 11. Brant. in Comm. ff. d. Cess. bon. n. 3. Christinae: decis. 123. n. 8. in fin. vol. 4. Goden. cons. 34. n. 47. Helfr. Vlruc. Hunn. in Enceclop. jur. univ. part. 2. tit. 27. cap. 3. n. 7. Maul. de Cess. bon. tit. 6. n. 3. Perez. in pralect. Cod. de Cess. bon. n. 10. Rittersh. ad §. fin. & ib. Schneidvv. n. 1. & 16. Inst. de Action. Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. g. & ib. Bach. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. VVissenb. disp. jur. Civ. 46. th. 81. Zoes. in comm. ff. de Cess. bon. n. 9. Zorer. Consil. Vnic. quest. 10. n. 21. idq; ob misericordiam. Covar 2. var. resol. cap. 1. n. 6. VVesenb. Cons. 50. n. 17. Zang. de Except. part. 2. cap. 15. n. 14. Quia inhumanum est spoliatum fortunis suis, insolidum damnari. §. fin. Inst. de Act, & iniquum in eum*

E

actio-

actionem dari, cui bona ablata sunt. *l. fin. §. pen. Inst. Quæ in fraud. Credit. & hoc quoq; in foro animæ admittendum esse. dicit Covarr. cit. loc.*

(t) Cessio bonorum obligationem non tollit. *Althus. in dicaol. lib. 2. cap. 18. n. 9. Bach. ad Treutl. 2. disp. 24. th. 4. lit. g. Christin. ad Statut. Mechlin. rub. titul. 21. art. 3. n. 3. Decis. Rot. Rom. antiq. dec. 31. n. 5. de sent. & re jud. Fab. in Cod. lib. 7. def. 2. n. 6. Hunn. part. 2. Enceclop. jur. univ. tit. 27. c. 3. n. 2. & 3. Maul. de Cess. bon. tit. 6. n. 3. Perez. in præl. Cod. qui bon. Ced. poss. n. 12. Ruland. de Commiss. & commiss. part. 4. lib. 9. cap. ult. Zoës. in Comm. ff. de Cess. bon. n. 9. Zorer. d. Cons. unic. quæst. 10. n. 685. neque naturalem, neque civilem. Covarr. 2. var. resol. cap. 1. n. 6. Brun. de Cess. bon. q. pr. 19. per tot. d. §. fin. & ib. Heig. n. 4. Mynsing. n. 2. Schneidvv. n. 3. Inst. de Action. Decis Rom. d. loc. Hunn. d. loc. Tholos. lib. 22. Syntagm. jur. univ. cap. 13. n. 1. Zas. in l. is qui bon. 4. & seqq. vers. ex quo. habitis ff. de Cess. bon. Zoës. all. loc. quorum opinio communiori Interpretum placito est recepta Brun. d. loc. n. 1. Covarr. cit. loc. Fas. ad §. ult. Inst. de Action. Mey. in theatr. conc. Cred. dias. 1. art. 48. Sed parit saltem exceptionem thes. hac lit. N. Et quia debitor ad opulentio-rem fortunam reversus conveniri potest. d. q. lit. præc. t. Civilis quoque obligatio maneat necesse est. Semel quippe sublata nunquam revivisceret. l. 98. §. fin. vers. in perpetuum ff. d. solut. l. 27. §. 2. ff. de pact. nisi cessio cum ignominiosis ritibus fiat. Guid. Pap. Cons. 124. n. 7. & decis. 343. n. 23. Tholos. d. libr. 22. cap. 8. n. 6. & seqq. Maul. d. tit. 6. n. 6. Mey. all. loc. cum ignominia satis sit punitus Maul. cit. loc.*

(u) Etsi quidem cessio bonorum cedentem de jure communi non notet infamia. *l. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. fin. in verb. salva existimatione. C. qui bon. Ced. poss. Althus. lib. 2. dicaol. cap. 18. n. 1. Bach. ad Treutl. disp. 24. th. 4. lit. a. b. vol. 2. Bocer. Class. 6. disp. 36. n. 43. Christin. decis. 123. n. 4. vol. 4. Freher. d. infam. lib. 3. c. 20. n. 6. Gudelin. de jur. Nov. lib. 4. cap. 16. Helfr. Vlric. Hunn. part. 2. Enceclop. jur. Univ. tit. 27. c. 3. n. 1. Maul. de Cess. bon. tit. 6. n. 7. Perez. in præl. Cod. qui bon. Ced. poss. n. 19. Rittersh. ad §. fin. vers. sed etsi quis. Inst. de Action. Stamm. de Serv. pers. lib. 1. cap. 4. n. 5. v. sane. Zoës. in Comm. ff. de Cess. bon. n. 19. & 22. cum juris sit benefici-
cium*

cium l. i. l. 4. & l. 7. C. qui bon. ced. poss. quod ad debitoris injuriam redundare non debet. l. 17. §. 3. ff. Commod. C. unic. Ext. commod. l. 8. ff. de Prætor. stipulat. etiamsi debitoris bona sub hasta fuerint vendita. l. 3. l. 5. ff. de Cess. bon. junct. l. 11. C. Ex quib. caus. infam. irrog. Bacch. all. loc. Cont. lib. 2. subsecut. lect. jur. civ. 1. c. 18. n. 6. Hil. lig. ad Donell. lib. 18. c. 7. lit. N. in fin. Perez. & Zoes. d. loc. cum venditio non invito sed volente creditore. Perez. d. loc. n. 19. Excell. Matth. Stephan. ad Novell. 135. n. 1. Zoes. all. loc. nec debitoris, sed creditorum nomine, quibus bona cessa sunt, fiat. l. 4. C. qui bon. ced. poss. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 15. n. 5. Pudorem tamen debitoris hæc cessio bonorum sugillat, & maculam quandam apud bonos viros adspersit. Novell. 4. cap. ult. Nov. 135. pr. & c. 1. Cicer. pro Quint. Perez. cit. loc. Maul. d. tit. 6. n. 7. Rittershus. all. loc. Moribus tamen & legibus cessioni bonorum infamiam annecti posse, certissimum est. Bach. all. loc. Brun. d. q. pr. 6. n. 6. ad reprimendas debitorum fraudes & obviandum creditorum præjudicio Christin. dec. 123. n. 14. vol. 4. Covarr. 2. var. res. c. 1. n. 7. Gudelin. d. Fur. Novis. lib. 4. C. 16. §. tribuit. vero. Guid. Pap. decis. 343. Perez. d. loc. n. 20.

(x) Debitor de jure communi cedens bonis dignatum & honorum publicorum incapax non redditur. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 2. n. 3. Quia cessio bonorum de genere malorum non est. C. illa. caus. XV. Quæst. V. Gail. 1. observ. 95. n. 2. Wesenb. cons. 18. n. 27. Sed juris beneficium. l. 1. C. qui bon. ced. poss. modo alias sit honestæ & inculpabilis vitæ, integræ famæ & fidelis. Idoneitas enim, ut cum Dd. loquar, non in divitiis, sed in fide principaliter versatur. arg. §. fin. Inst. de susp. tutor.

(y) Cessio bonorum debitorem ad contrahendum non reddit inutilem. Nam cum contrahere sit de genere permissorum, cuilibet indulgetur nisi expresse prohibeatur. arg. c. indultum XVII. d. Reg. Jur. in 6. C. fin. Ext. d. secund. nupt. Calamitosi vero debitores speciatim prohibiti non reperiuntur. Ideoq; erunt admittendi arg. l. 1. ff. d. Testib. l. mutus. 43. ff. d. procur. l. cum prætor. 12. ff. d. Judic.

(z) Ant. Fab. in cod. lib. 6. tit. 33. def. 7.

(Aa) Ant. Fab. d. loc.

(Bb) Moribus quidem quorundam locorum maritus, qui bonis cessit, uxori auctoritatem præstare non potest. Christin. ad Stat. Mechlin.

Mechlin. tit. 1. art. 2. n. 1. in addit. Choppin. d. Morib. Paris. lib. 2. tit. 2. n. 16. In judiciis tamen Germaniæ hic mos non servatur, ut cuivis, in judiciis versandi, notissimum est.

(Cc) Exceptio cessionis bonorum hæredibus debitoris nunquam prodest *Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 13. Sicharn. d. Vheves. von der bon. Cess. und Banckerott. c. 6. §. imgleichen. sed solvere tenentur, arg. l. 25. ff. d. Re. jud. Quia hæc exceptio personæ saltem cohæret, arg. l. 23. ff. d. Re. Jud. Mynsing. ad §. fin. Inst. de Action, & cum persona finitur, gloss. ad l. hæres. 37. ff. d. acquir. vel amitt. hæred. præsertim si absq; inventario hæreditatem apprehenderunt. Brun. d. Cess. bon. quæst. pr. 4. n. 2. & 5. Alex. in l. fin. §. etsi præfatum n. 4. C. d. Fur. delib. Si vero mediante inventario, æque erit proficua ac debitori defuncto. Clarissim. Mev. in theat. conc. cred. diasce. 1. art. 5.*

(Dd) Exceptio cessionis bonorum debitoris principalis fidejussori non prodest. *§. fin. Inst. d. Replic. & ib. Borcholt. Cujac. Gyphan. Heig. Hotomann. Brun. d. cess. bonor. quæst. princ. 8. n. 1. Christin. ad Stat. Mechlin. in addit. ad tit. 21. art. 3. n. 4. in fin. & n. 5. Helfr. Vlruc. Hunn. part. 7. Encyclop. jur. univ. tit. 27. cap. 3. n. 4. & 5. Maul. d. Cess. bon. tit. 6. n. 8. Perez. in prælect. Codic. d. cess. bon. n. 13. Sicharn. d. Vheves. von der bon. Cess. und Bancker. c. 6. §. allhier ist. Zoes. in Comm. ff. d. Cess. bon. n. 10. Qui enim alios sibi pro debitore obligat, hoc maximè prospicit, ut cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligavit, suum consequi. d. §. ult. Inst. d. Replic. Nam in hoc sponsor accipitur, ne creditor in damno sit. Quintil. declam. 273. Christin. Maul. d. loc. Unde vulgatisimum illud, die Bürgen / soll man würgen. Prov. 6. v. 1. 2. 3.*

(Ee) *Clariss. Mev. in theat. conc. cred. diasce. 1. art. 52.*

(Ff) Exceptio cessionis bonorum solis tantum competit debitoribus cedentibus. *Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 13. n. 3. Mev. in all. theat. conc. cred. diasce. 1. art. 10. pr. Perez. in præl. Cod. qui bon. ced. poss. n. 13. pr.*

(Gg) Exceptio cessionis bonorum contra omnes indifferenter creditores debitori cedenti proficit. *Clarissim. Mev. in præcit. theat. conc. cred. diasce. 1. art. 53. pr. qui tempore concursus bonis cedentem*

1040
tem ad debitum præstandum sibi obligatum habuerunt. *l. ex contras-
ctu. 3. C. d. bon. auth. jud. possid. Brun. d. Cess. bon. quæst. princ. 2.
n. 7. & 8. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 3. q. 7. n. 141. Mejer. in
Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 13. n. 3. Mey. all. loc. etiam illos, qui
nihil acceperunt. l. 4. §. 1. ub. Zas. ff. d. cess. bon. Althus. in dicaol.
lib. 2. c. 10. n. 13. nec cessione consenserunt, vel illam petiverunt, Zas.
all. loc. n. 6. & seqq. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26.
Novis vero creditoribus, qui post cessionem cum debitore contraxe-
runt, hæc exceptio opponi non potest. Mejer. in Colleg. Argent. d.
lib. 42. tit. 3. th. 13. n. 3. Mey. cit. loc. Mynsing. ad §. ult. n. 3.
Schneidvv. n. 3. Inst. d. Action. Tholos. lib. 22. Syntagm. jur. Univ.
cap. 8. n. 7.*

(Hh) *Clarissim. Mey. in th. conc. cred. diasco. 1. art. 52.*

(Ll) *Clariss. Mey. all. loc.*

(Kk) *Clariss. Mey. d. loc. Citari autem debent omnes credito-
res vel speciatim & in particulari ad domum. C. causam. III. c. Ve-
nerabilis. ult. Ext. d. del. & contumac. l. 13. §. 1. vers. Qui autem
supra centum. ff. d. Excusat. Maul. d. cess. bon. tit. 2. n. 23. Mey. in
d. theat. conc. cred. diasco. 1. art. 41. Sichard. ad l. publicati. 2. C. d. Te-
stam. n. 6. aut per publica edicta & pro clamata peremptorie sub præ-
na præclusi & cum comminatione quod postea audiri non debeant.
Carpz. part. 1. Jur. for. Rom. Sax. const. 28. def. 3. n. 5. Cothm. Cons.
22. n. 5. Gail. 1. obs. 57. n. 7. Mey. d. art. 41. & in comm. ad jus Lubec.
lib. 1. tit. 3. art. 9. n. 116. & seqq. & lib. 3. tit. 1. n. 13. Sichard. d. loc.
Cujus clausulæ is effectus est, quod emanentes deinde ad persecuti-
onem juris in concursu non admittantur. l. sed si pupillus. §. pro-
scribere. ib. Dd. ff. d. Inst. action. l. si eo tempore. C. d. Remiss. pign.
Carpz. Gail. Mey. d. loc. nisi ex justissima causa abfuerit. Carpz. cit.
loc. & Mey. in Comm. ad jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 10. n. 14.*

THESIS XII.

Qua creditores, cessio bonorum hunc habet
effectum, quod bona cessa Creditoribus cedant
(a) ipsisq; detur facultas bona debitoris ceden-
E 3 tis

tis conquirendi (b) conficiendi inventarium (c)
administrandi bona cessa, (d) & constituendi
curatorem bonorum (e) qui bona cedentis de-
bitoris administret (f) rationes iis reddat (g) a-
ctiones utiles excerceat (h) venditionem procu-
ret bonorum cessorum (i) nomine creditorum
(k) subhasta publica (l) & subhastata, plus offe-
renti addicat (m) preciumq; ex venditione re-
ductum inter illos dividat, (n) salvo cujusq; pri-
vilegio & jure (o) pro rata crediti (p) si vero cu-
rator non reperitur, possunt creditores impetra-
re, ut bona facta descriptione sequestrentur (q)
donec emptorem inveniant, & si bona empto-
rem non inveniunt, ut ipsis bona cessa prævia æs-
timatione (r) jurata (s) pro rata crediti (t) addi-
cantur & adjudicentur (u) modo debitori ce-
denti, si quid reliquum est, reddatur (x) nec cre-
ditoribus, facultas propria autoritate dividen-
di, detur. (y)

(a) Cessio quidem non transfert dominium bonorum cesso-
rum in creditores, l. 3. ff. d. Cess. bon. l. 4. C. qui bon. ced. pass. Christin.
dec. 123. n. 7. vol. 4. Harpr. ad §. fin. n. 31 Inst. d. Action. Manz. in
patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 84. & q. 9. n. 59. & 80. Umm. in
disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. Wesenb. in Comm. ff. d. Cess.
bon. n. 6. & ib. Bachov. nec cedens bonorum suorum dominus esse
desinit. Manz. d. tract. dec. 1. q. 9. n. 60. Sed dominium nudum &
sine fructu insigni penes cedentem consistit, donec bona veniant
vel creditoribus cedantur. l. 4. princ. & ib. Zas. ff. d. Cess. bon.
Brun. d. Cess. bonor. quest. princ. 14. n. 2. quest. princ. 18. n. 6. Mer.
in

1050.
in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 57. Possessionem tamen bonorum
præsentium non retinet. *Mev. d. loc.* Quia à se semel abdicavit &
quasi per traditionem in creditores transtulit. *Mejer. in colleg. Argent.*
lib. 42. tit. 3. th. 15. n. 5. *Wesenb. d. loc. n. 2.* *Zorer. Cons. unic. q. 10.*
n. 698.

(b) Dari creditoribus facultatem quantum possunt bona debi-
toris cedentis conquirendi. *thes. 9. lit. c.* pluribus deduxi, quo le-
ctorem, ne idem ad nauseam bis repetam, remitto.

(c) Datur quoq; creditoribus ipsis facultas conficiendi inven-
tarum bonorum cessorum, ne quid forsitan in eorum detrimentum
subtrahatur. *Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 5. n. 2.* *Tholos.*
in Syntagm. jur. univ. lib. 22. cap. 11. n. 3. Si debitor, vel eo demor-
tuo nulloq; hærede existente creditores ipsi supersedeant, postea
constitutus Curator inventarium facere tenetur. *Brun. d. Cess. bon.*
qu. princ. 18. num. 25. *Gail. 2. obs. 130. num. 5.* *Zoës. in Comm. ff. d.*
Curat. bon. dand. n. 3.

(d) Cum enim creditorum intersit, ut suum consequantur, cus-
todiam quoq; bonorum cessorum & administrationem ipsi recte ju-
re q; suscipiunt. *Clariss. Mev. in theat. conc. Cred. diasc. 1. art. 57.*
aut curatorem bonorum, qui illorum nomine administret, constitui
faciunt. *Vid. hac. th. lit. e. & seq.* cum unus ex creditoribus solus bona
capere, cum onere solvendi cæteris, non cogatur. *l. 4. C. d. bon. auth.*
jac. possid.

(e) Cum naturale vitium sit negligi quod communiter posside-
tur. *l. 2. pr. C. quand. & quib. quart. pars debet.* Curator bono-
rum statim à die professæ cessionis, (Mora enim longior noceret
creditoribus & periculum afferret rebus. *Hillig. ad Donell. lib. 3. cap.*
23. lit. b.) constitui solet. *l. 1. §. 1. l. ult. ff. d. Curat. bon. dand.*
Alibus. libr. 2. dicæol. cap. 18. num. 1. *Brun. de Cess. bon. quæst. princ.*
18. *Christin. ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 1.* *Coler. d. Process. exe-*
cut. part. 1. cap. 6. n. 123. *Maul. d. Cess. bon. tit. 5. n. 10. tit. 6. n. 10.*
Schotan. in Exam. jurid. ad tit. ff. d. Curat. bon. dand. Vmm. in disp.
ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. vel privata creditorum voluntate.
l. fin. ff. d. Curat. bon. dand. *Mev. in theat. cons. credit. diasc. 1. art.*
57. *Wesenb. in Comm. ff. d. curat. bon. dand. n. 2.* *Zoës. in Comm.*
ff. d. Curat. bon. dand. n. 2. vel autoritate magistratus. *l. 2. pr. ff.*
d. Curat.

d. Curat. bon. dand.. Althus. d. l. Brun. dict. loc. Maul. d. loc. n. 5. Mev. Schotan. & Zoës. all. loc. domicilii. Gail. 2. obs. 130. n. 14. Hillig. ad Donell. lib. 23. c. 17. lit. c. Postulantibus creditoribus, l. 2. §. 1. Brun. Hillig. d. loc. Menoch. d. Arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 150. n. 20 & consentiente majore illorum parte. l. 2. §. 1. ff. d. Curat. bon. dand. Hillig. d. loc. lit. d. Menoch. Schotan. Zoës. all. loc.

(f) Quia enim curatores bonorum plenam rerum administrationem habent. *l. 18. ff. d. Admin. & peric. tut. bona quoq; cessa administrare, & creditorum commoda utilitatesq; omnibus modis querere sunt obstricti. Wesenb. in Comm. ff. d. Curat. bon. dand. n. 3. Zoës. in comm. ff. d. tit. n. 1.*

(g) Curator bonorum, cum bonorum cessorum nudam administrationem habeat, & actiones tempore perituras excerceat. *l. 14. ff. d. bon. auth. jud. possid. l. inter bon. 48. ff. d. Admin. tut. ad rationum quoq; redditionem omnino obstrictus est. Brun. d. Cess. bon. quæst. princ. 18. n. 29. Carpz. part. 3. Jurisp. for. Rom. Sax. Const. 15. def. 55. n. 1. 2. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 40. def. 6. n. 3. Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 5. n. 3. Mev. in theat. Conc. cred. diasc. 1. art. 57. Wesenb. in Comm. ff. d. Curat. bon. dand. n. 3. Zoës. in comm. ff. Eod. n. 3. non debitori cedenti, sed creditoribus quorum inter est. Brun. d. loc. n. 25. Pet. Jacob. in pract. libell. tit. 42. n. 15. Mejer. Mev. Wesenb. Zoës. d. loc. nisi debitor concernens aliquod interesse alleget. Mev. all. loc.*

(h) Curator bonorum contra debitoris cedentis debitores utiles actiones excercere potest. *l. 2. §. 1. ff. d. Curat. bon. dand. Brun. quæst. princ. 18. n. 11. & seqq. Hillig. in Donell. lib. 23. cap. 17. lit. e. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 15. n. 4.*

(i) Curatori bonorum conceditur facultas distrahendi vel vendendi bona cessa. *arg. l. 6. ff. d. Cess. bon. l. 2. & l. 4. C. Eod. l. 2. C. Ex quib. caus. infam. irrog. Bachov. ad Tr. 2. disp. 24. th. 4. lit. 4. b. Beust. ad l. admonendi 31. n. 345. ff. d. Furejur. Bocer. class. 6. disp. 36. n. 42. lit. b. Brun. d. Cess. bon. q. pr. 18. n. 19. Christ. decis. 123. n. 8. vol. 4. & ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 1. n. 5. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 84. & 85. Maul. d. Cess. bon. tit. 6. n. 9. & 10.*

10. Menoch. d. Arbitr. jud. quæst. cas. 183. n. 19. VVesenb. & Zoes. in Comm. ff. d. Furt. l. 157. pr. ff. d. Re Fur. l. 22. C. d. Pact. & quæ ab eo geruntur rata sũnt. Donell. 23. Comm. 17.

(k) Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 15. n. 5.

(l) Curator bonorum debitoris cedentis bona alienabilia sub hasta publica vendere debet. Althus. lib. 2. diceol. cap. 18. n. 1. Coler. d. Process. execut. part. 3. cap. 9. n. 78. & seqq. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 84. q. 2. n. 88. Menoch. d. Arbitr. judic quæst. cas. 183. n. 19. Zorer. Cons. unic. q. 10. n. 696. Mobilium quidem subhastatio necessaria non est, si creditores res cessas in taxato à giudice precio pro satisfactione sui crediti in solutum velint accipere. Berlich. 1. Concl. Pract. 81. n. 89. Carpz. Part. 1. Fur. for. Rom. Sax. const. 32. def. 33. n. 4. Coler. d. Process. exec. part. 3. c. 9. n. 55. Zorer. d. Cons. unic. q. 2. n. 215. Maxime si res sint tales quæ tempore consumuntur. Bald. ad l. 1. n. 5. C. si propt. pensit. Damhaud. d. subhast. cap. 2. n. 7. Munoz. Escobar. d. Ratiocin. cap. 16. n. 28. Res vero mobiles præciosæ, cum in illas sepius cadat affectio, Berlich. d. concl. 81. n. 91. Munoz Escobar. d. loc. n. 29. non taxantur, sed præcise subhastantur. Berlich. d. loc. Coler. d. loc. n. 53. & 54. Damhaud. d. cap. 2. n. 8. Munoz. Escob. & Zorer. d. loc. In immobilibus vero subhastatio & creditoribus & debitori summe est necessaria. Berlich. d. concl. 81. n. 149. Carpz. d. part. 1. Fur. for. Rom. Sax. const. 32. def. 35. n. 4. d. 36. n. 5. Zorer. d. q. 2. n. 219. Creditoribus ut eo facilius res cessæ distrahantur & emptor inveniatur. Carpz. d. def. 35. n. 6. Coler. d. Process. execut. part. 3. cap. 9. n. 107. 108. Hillig. ad Donell. lib. 23. cap. 13. lit. d. Debitori vero ne ex taxatione viliori lædatur. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 16. def. 3. n. 7. nisi in judiciis consuetudine contrarium fiat. Carpz. d. part. 1. const. 32. def. 37. n. 6. Damhaud. d. Subhast. cap. 3. n. 34. & seqq. Zorer. loc. jam citat. quæ ubi vis attendi debet. l. quod si nolit. 31. §. quia assidua ff. d. Aedit. Edict. l. ult. C. d. Fideiuss. vel inter partes aliter fuerit conventum. Berlich. d. loc. n. 151. Coler. d. Process. exec. part. 1. cap. 10. n. 207. & 120. part. 3. cap. 9. n. 117. & seqq. dummodo aliis creditoribus datione in solutum non præjudicetur Carpz. d. part. 2. Fur. for. Rom. Sax. const. 32. def. 36. n. 2.

F

Facta



(m) Facta legitima cessione, aliis remediis deficientibus, puta si creditores & debitor de æstimatione & valore rerum inter se non conveniant & creditores bona in solutum acceptare nolint. *l. ult. vers. ea observantes. C. d. Fur. domin. impetr. Carpz. part. 1. Fur. for. Rom. Sax. Const. 32. def. 33. n. 3. & 6. Coler. d. Process. execut. part. 3. cap. 9. n. 55.* nec rebus cessis tam diu uti frui velint, donec fructus percepti sorti atque usuris respondeant, *gloss. in l. à Divo. Pio. 15. §. si pignora 3. ff. d. Re. judic. Carpz. d. loc. n. 3. & 7. Coler. d. cap. 9. n. 77.* ad licitationem tandem descendimus *l. nam ad licitationem. 6. ff. Famil. hercisc. Carpz. part. 3. Fur. for. Rom. Sax. Const. 15. def. 9. n. 2.* ad quam quivis pro se vel pro alio tertio admittitur. *Berlich. 1. concl. Pract. 81. n. 165. Carpz. d. part. 1. const. 32. def. 38. n. 6.* etiam ipsi creditores. *Berlich. d. l. n. 164. Zorer. Cons. Vnic. q. 2. n. 222.* & curatores bonorum. *Munoz. d. Escobar. d. Ratiocin. cap. 16. n. 7.* & effluxo licitationis termino plus offerenti addicitur. *gloss. l. à Divo. Pio. 15. §. si pignora. 3. Verb. addicantur vers. tertio quia potest. ff. d. Re jud. & ibi Bart. n. 3. Carpz. part. 1. Fur. for. Rom. Sax. const. 32. def. 34. n. 2. Coler. d. Process. execut. part. 3. cap. 9. n. 78.*

(n) Bonis cessis subhasta venditis, & plus licitanti adjudicatis precium ex venditione redactum Curator inter creditores partiri & iis satisfacere debet. *l. 4. C. qui bon. ced. poss. l. ult. C. d. Curat. bon. dand. l. 6. C. d. bon. auth. jud. possid. Althus. in dicæol. lib. 2. cap. 18. n. 1. Brun. q. princ. 18. n. 10. Christin. ad Statut. Mechlin. tit. 21. art. 3. n. 4. & 7. in fin. in addit. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 85. Menoch. d. Arbit. jud. quæst. lib. 2. cas. 183. n. 19. Sicharn. d. Vheves. von der bon. Cess. und Banckerott. c. 6. §. vor diesem. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26. VVesenb. & Zoes. in Comm. ff. d. Cess. bon. n. 1. Zorer. Cons. unic. quæst. 2. n. 221. & q. 6. n. 696.*

(o) Precium ex bonis cessis redactum inter Creditores indifferenter & sine ullo respectu dividi non debet, sed potius cuius creditoris sua jura & privilegia salva esse debent. *l. 4. l. fin. C. qui bon. ced. poss. l. 6. C. d. bon. auth. jud. possid. Cujac. in parat. C. qui bon. ced. poss. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 85. Mejer. in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 15. n. 5. Mey. d. Arrest. cap. 8. n. 154. Zorer. Cons. unic. q. 10. n. 696.*

Pecunia

(p) Pecunia ex bonis cessis & subhastatis redacta non uni debitori dari debet, sed pro rata crediti inter creditores est distribuenda. *l. 6. C. d. bon. auth. jud. poss. Brun. d. Cess. bon. quæst. princ. 18. n. 10. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 1. n. 85.*

(q) Hæc omnia, quæ jam dixi, tum demum procedunt cum curator fuerit constitutus, si vero curator non reperitur, iudex inventarium ex officio confici, & bona cessa facta descriptione sequestrari faciet. *Brun. quæst. princ. 18. n. 5. Mey. in theat. conc. cred. diasc. 1. art. 57.*

(r) Si bona cessa emptorem non inveniunt, æstimatio bonorum à iudice erit petenda, *Manz. in patroc. deb. cal. dec. 2. q. 9. n. 43. Mey. in Comm. ad jus. Lubec. lib. 3. tit. 4. art. 2. n. 3. & facienda. Manz. d. loc. n. 43. & 47. & dec. 2. q. 10. n. 103. Rittershus. in Comment. ad Novell. part. 2. cap. 3. n. 5. & 9. Auth. hoc nisi debitor. C. d. solut. Novel. 4. cap. 3. Ut consulatur tam debitori, quam creditori. Illi, ut recipiat superfluum, si pluris sit res, quam summa debiti: Huic, ut si minoris sit prædium quam creditum, Salva sit petitio residui. *Rittersh. d. loc.**

(s) Æstimatio ista bonorum cessorum fieri non debet juxta voluntatem Creditorum vel debitoris, sed ne æstimatores uni plus favent quam alteri, jurata æstimatio esse debet. *Maul. d. cess. bon. tit. 6. n. 12. Mey. in Comm. ad jus. Lubec. lib. 3. tit. 4. art. 2. n. 31. Moller. 1. semest. cap. 9. Zorer. Cons. unic. q. 2. n. 210. Æstimatio enim à non juratis facta irrita est, & denuo præstato prius juramento fieri debet. *Maul. d. l. Mey. all. loc. n. 34.**

(t) Pro rata crediti seu secundum quantitatem debiti creditoribus res æstimata in solutum dari debet *Nov. 4. cap. 3. ne qua inæqualitas, quæ seminarium est discordiæ Dd. ad l. inter filios II. C. Famil. herisc. Auth. in successione C. d. suis & legit. hæred. quemadmodum æqualitas mater concordiæ Wesenb. in parat n. 1. ff. d. Collat. bon. Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. quæst. 10. n. 112. & seqq. inde oriatur.*

(u) Quæ ad judicatio & addictio, quando à iudice fuerit facta, plenissimum creditoribus tribuit dominium. *Carpz. part. 1.*



Fur for. Rom. Sax. const. 32. def. 46. n. 1. & ib. all. Dd. Mev. in comm. ad jus. Lubec. lib. 3. tit. 4. art. 2. n. 50.

(x) Sicut creditor, quando verum & justum precium rei adjudicatae non sufficit debito, pro residuo debitorem sibi obligatum retinet, sic si creditori fuerit satisfactum & post plenam satisfactionem in bonis cessis aliquid supererit, debitori erit restituendum. *l. fin. §. Sed si quidem minus. C. d. Fur. domin. in pettr. l. hypothecis. 3. l. si residuum §. & l. quae specialiter 9. C. d. distract. pignor. Brun. d. cession. bon. quæst. princ. 18. n. 26. Hyeron. Schurff. 1. Cons. 19. n. 7. Schneidvv. ad §. contra. n. 5. Inst. quib. alien. lic. vel non. Mejer in Colleg. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 15. n. 3.*

(y) Creditores possident quidem bona cessa, ut *hac. lit. A. dixi*. Ea tamen inter se dividere & jure dominii possidere non possunt. *l. 4. C. d. bon. auth. jud. possid. Azo. in summ. Cod. qui bon. ced. poss. n. 5. Brun. d. cess. bon. quæst. princ. 18. n. 1. Christin. ad Stat. Mechlin. tit. 21. art. 3. n. 4. Maul. d. Cess. bon. tit. 6. n. 9. Vmm. in disp. ad pro. cess. direct. 23. th. 5. n. 26.*

THESIS XIII.

Affinia cessionibus bonorum sunt datio in solutum (a) induciæ moratoriæ (b) beneficium Novellæ 135. (c) beneficium Senatus Consultii cujusdam de bonis Senatorum distrahendis. (d) Pactum debitoris cum Creditoribus de parte debiti remittenda. (e).

(a) *Novell. 4. c. quod autem. Auth. hoc. nisi C. d. solut. l. 4. in fin. C. qui bon. ced. poss.* Eo enim genere similiter ut cessione bonorum carcerem evitat debitor. *Coler. d. Process. exec. part. 1. cap. 6. n. 114. Stamm. d. Servit. pers. lib. 1. cap. 4. tit. 4. n. 10.* Modo 1. ea bona publice exponantur & de emptore aliquo prospiciatur. *d. Nov. 4. c. 3. 2.* A Judice æstimentur, non juxta voluntatem creditoris & debitoris sed juxta præscriptum juris. *d. Nov. 4. cap. 3. ibi, subtilis æstima-*

1033.
æstimatione facta rerum debitoris. 3. Ut taxatio & æstimatio iudicis sit justa subtilis & sine alterius partis læsione. *Manz. in patroc. deb. calam. dec. 2. q. 10. n. 108.* 4. Ut pro modo crediti seu quantitate debiti in solutum dentur. *Manz. d. tract. dec. 2. q. 9. n. 45.* 5. Ut debitor creditori de evictione caveat. *d. Nov. 4. cap. 3. ibi, cum tali cautela & ibi. præbentem huiusmodi cautionem.* 6. Ut electio spectet ad creditorem *d. Novell. 4. cap. 3. vers. rerum vero datio.*

(b) *l. ult. C. qui bon. ced. poss. Berlich. aur. decis. 236. & seqq. Mejer. in coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 17. n. 4.*

(c) Debitorum enim qui fortunæ iniquitate citra culpam suam facultatibus lapsi sunt, si iuraverint, quod nullam pecuniam reliquam habeant, & cedunt actiones à molesta creditorum actione liberi sunt. *Novell. 135. cap. 1. Mejer. all. loc.*

(d) Huius beneficii meminit *Cujac. in paras. ff. d. Cess. bonis Mejer. in Coll. Argent. lib. 42. tit. 3. th. 17. n. 2.*

(e) *Mejer. cit. loc. n. 5.*

THESIS XIV.

Contraria sunt omnia ea, quæ impediunt, quo minus debitor ea utatur. (a) Statuta jura & consuetudines nonnullorum locorum (b) Revocatio. (c) Renunciatio. (d) & similia.

(a) *Vid. thes. 4.*

(b) Ex statuto enim quorundam locorum cessio bonorum planè excluditur, sic antiquo jure Saxonico datur debitor creditori, *an die Hand und Halffrey, bis er die Schuld los arbeite. Land. Recht. lib. 3. art. 39. Weichbild. art. 27. circ. fin.* quamvis id postea correctum. *Novell. Const. Elect. part. 2. cap. 22.* Si fidem habemus, *Tholos. in Syntagm. jur. univ. lib. 22. cap. 9. n. 16.* in Gallia alienigenis cessionis denegari auxilium, & in Flandricis provinciis Belgas non aliter ad cessionem admitti, nisi impetraverint à Principe magna cum cau-

tione & multis interpositis conditionibus, scribit. Sic Brixia extat
statutum de non facienda cessione. *Menoch. de Arbitr. jud. quæst. lib.*
2. cas. 183. num. 9.

(c) *l. 3. & 5. ff. de cess. bon. l. 2. C. qui bon. ced. poss. Mejer. in*
colleg. Argent. libr. 42. tit. 3. thes. 16. n. 2. Perez. in prælect. Cod. qui
bon. ced. poss. n. 2. circ. fin. Sicharn. de Vhevesin. von der bon. cess. und
Banckerott. cap. 8. §. 2. Vmm. in disp. ad process. direct. 23. th. 5. n. 26.
in fin. Facile enim quis excusatur à temeritate, quæ alicui non no-
cet. arg. l. 8. ff. de jur. deliber. modò offerat solutionem sufficien-
tem & certam. l. 2. C. qui bon. ced. poss. Mejer. all. loc. & pœnitentia
re adhuc integra fiat. l. 2. & l. 3. ff. de cess. bon. Harpr. ad §. fin. n. 31.
Inst. de Action. Mejer. d. loc. Sicharn. de Vheves. d. l. Cessio enim fa-
cta matura pœnitentia revocari potest. Vmm. all. loc.

(d) *Maul. de cess. bon. tit. 3. n. 12. Mejer. in colleg. Argent. lib.*
42. tit. 3. th. 5. n. 4. Zorer. cons. unic. q. 10. n. 7. & c.

Hæc de copiosissima & quotidie in praxi oc-
currenti materia pro instituti ratione dixisse suf-
ficient, si DEUS vitam Pacem & otium
concesserit, absolutissimam hujus
materiæ tractationem Le-
ctores benevoli vo-
bis promitto.



ERRATA

ERRATA TYPOGRAPHIA

ita emendanda.

105A.

Thes. I. lit. a. num. 5. lin. antepen. ibi tot. adde tit.

Thes. IV. lit. Mm. pro nullis lege nullo. pro habeantur lege habeatur. pro mortuis lege mortuo. pro comparentur lege comparetur. pro quadrupedibus lege quadrupedi.


Thes. VI. pro Emphyteuticæ lege Emphiteutici, lit. d. pro potest lege possunt. lit. g. pro cum, lege etsi prædium. lit. m. pro ceduntur, lege ceditur. lit. n. pro debitoribus lege Creditoribus.

Thes. VII. pro debirores lege debitores.

Thes. XI. in fin. pro Creditotes lege Creditores.

Errata, si quæ plura supersunt, candidus lector pro sua discretionẽ corrigere dignetur.






ULB Halle 3
003 615 200


Sb.

VD 77







Farbkarte #13

B.I.G.

RALIS

1650 1031

NE

M,

ADSPI-

fimi in illustri
rum Ordinis

TISSIMI
IMI

SCHOVII

esiastici in citeriori
Senioris, & p. t.
Amici mei

SUMMIS

BUS
ni

Gryphis- [BUNNEN]

ncialis in Australi
dinarius.

SVETIS.

50.

Æ

ogr. exscripta.